PHILIUMM
Transkriptionen und Vorauseditionen mathematischer Schriften für die Leibniz-Akademie-Ausgabe
Version 2

PHILIUMM. Transkriptionen und Vorauseditionen mathematischer Schriften für die Leibniz-Akademie-Ausgabe. Version 2. Bearbeitet von Sandra Bella, Mattia Brancato, Vincenzo De Risi, Achim Trunk und Siegmund Probst unter Verwendung von Vorarbeiten von Vincenzo De Risi, Javier Echeverría und der Editionsstellen in Hannover und Münster, hrsg. von der Leibniz-Forschungsstelle Hannover der Niedersächsischen Akademie der Wissenschaften zu Göttingen beim Leibniz-Archiv der Gottfried Wilhelm Leibniz Bibliothek – Niedersächsische Landesbibliothek. Hannover, 29. September 2023.

ZU DIESEM DOKUMENT

Die Sammlung *PHILIUMM. Transkriptionen und Vorauseditionen mathematischer Schriften für die Leibniz-Akademie-Ausgabe* enthält mathematische Texte von Leibniz, die bisher nicht veröffentlicht wurden oder nur in Drucken außerhalb der Akademie-Ausgabe vorliegen. Das Dokument gibt den Stand der Arbeiten an diesen Stücken vom September 2023 wieder, wobei der Bearbeitungsstand von Transkriptionen bis hin zu nahezu abgeschlossenen Editionen reicht.

Die Texte wurden auf Grundlage der Handschriften in Zusammenarbeit mit dem Projekt PHILIUMM The Philosophy of Leibniz in the Light of his Unpublished Mathematical Manuscripts (ERC 101020985; Leitung: David Rabouin) von Sandra Bella, Mattia Brancato, Vincenzo De Risi, Achim Trunk und Siegmund Probst erarbeitet. Zum Teil konnte auf Vorarbeiten von Vincenzo De Risi, Javier Echeverría und der Editionsstellen in Hannover und Münster zurückgegriffen werden. Die Erfassung der Stücke hat Manuela Mirasch-Müller teilweise nach Vorarbeiten der Bearbeiter und von Christopherus Ray'onaldo und Jule Schwarzkopf durchgeführt.

Der Satz ist mit Hilfe des von John Lavagnino und Dominik Wujastyk entwickelten TEX-Macropakets EDMAC erstellt worden. Einige Figuren wurden mit den Programmen WINGEOM und WINPLOT von Richard Parris erstellt und in TEX weiterbearbeitet.

Vorläufigkeit

Bei den Texten dieser Sammlung handelt es sich um vorläufige Ergebnisse. Spätere Versionen werden in einigen Aspekten davon abweichen. So werden sich die Anzahl und die Reihenfolge der Stücke und damit auch ihre Nummern und Seitenzahlen ändern. Bei Seitenumbrüchen und Zeilenzählung kann es ebenfalls zu Verschiebungen kommen. Schließlich können sich auch inhaltliche Änderungen ergeben; insbesondere sind die Datierungen noch vorläufig. Zur leichteren Identifikation wird jeder Text mit seiner Nummer aus dem Leibnizeditionskatalog gekennzeichnet. Die Texte werden sukzessive in künftige Bände der Leibniz-Akademie-Ausgabe übernommen und dann aus dieser Sammlung entfernt.

Versionierung und Langfristigkeit

Im Lauf der editorischen Arbeit an den Texten können geänderte vorläufige Fassungen zugänglich gemacht werden. Unterschiedliche Fassungen des Dokuments werden durch Versionsnummern kenntlich gemacht und sind so eindeutig identifizierbar.

Wir empfehlen ausdrücklich, stets die aktuellen Fassungen der Bearbeitungen der Stücke zu nutzen. Bitte überprüfen Sie deshalb vor der Nutzung auf unserer Webseite, ob eine neuere Version dieses Dokuments verfügbar ist oder ob ein Text inzwischen in eine Vorausedition oder einen publizierten Band übernommen wurde.

Die Langzeitarchivierung und die langfristige Bereitstellung der Dokumente erfolgen über die Niedersächsische Akademie der Wissenschaften zu Göttingen, die das Akademien-Vorhaben „Leibniz-Edition" gemeinsam mit der Berlin-Brandenburgischen Akademie der Wissenschaften betreut. Die Zitierfähigkeit wird gewährleistet.

Zitierhinweis

Die vollständigen bibliographischen Angaben des Dokuments können der Titelseite entnommen werden. Wir empfehlen, bei Zitaten aus der Sammlung *PHILIUMM* oder Verweisen auf diese stets die Versionsnummer mit anzugeben. Eine Zitation einer Handschrift könnte in einer Kurzform nach dem Muster des folgenden Beispiels gestaltet werden:

G. W. Leibniz, *Multa et mira de Angulo contactus* (GWLB LH 35 XII 1 Bl. 228–229; vgl. *PHILIUMM. Transkriptionen und Vorauseditionen mathematischer Schriften für die Leibniz-Akademie-Ausgabe, Version 2*, dort N. 1 (39455), S. 1–10).

Die Signatur der edierten Handschrift findet sich jeweils im Kopf des Stückes.

Kontakt

Leibniz-Archiv, Waterloostr. 8, D-30169 Hannover, Deutschland
Leitung: Michael Kempe
Email: leibnizarchiv@gwlb.de
Internetauftritt: http://www.gwlb.de

Das Projekt PHILIUMM betreibt die Webseite *PHILIUMM Leibniz manuscripts-Digital humanities laboratory* (https://eman-archives.org/philiumm), auf der HTML-Versionen von Transkriptionen und Übersetzungen sowie weitere Materialien zur Verfügung gestellt werden.

À PROPOS DE CE DOCUMENT

La collection *PHILIUMM. Transkriptionen und Vorauseditionen mathematischer Schriften für die Leibniz-Akademie-Ausgabe* contient des textes mathématiques de Leibniz qui n'ont pas été publiés à ce jour ou qui ne sont disponibles qu'en version imprimée en dehors de l'édition académique. Le document montre l'état du travail sur ces pièces en septembre 2023, avec l'état de traitement allant des transcriptions aux éditions presque achevées.

Les textes suivants ont été élaborés à partir des manuscrits en collaboration avec le projet PHILIUMM The Philosophy of Leibniz in the Light of his Unpublished Mathematical Manuscripts (ERC 101020985 ; principal investigator : David Rabouin) par Sandra Bella, Mattia Brancato, Vincenzo De Risi, Achim Trunk et Siegmund Probst, aidés pour partie par les travaux préparatoires de Vincenzo De Risi, de Javier Echeverría et des éditeurs de Hanovre et de Münster. La saisie des textes a été effectuée par Manuela Mirasch-Müller, en partie à partir du travail préparatoire des collaborateurs et de Christopherus Ray'onaldo et Jule Schwarzkopf.

La mise en page a été réalisée à l'aide du logiciel TEX EDMAC développé par John Lavagnino et Dominik Wujastyk. Quelques figures ont été élaborées avec les programmes WINGEOM et WINPLOT de Richard Parris et traitées par la suite dans TEX.

Caractère provisoire des textes

Les textes de cette collection sont des résultats préliminaires. Les versions ultérieures différeront à certains égards. Ainsi, le nombre et l'ordre des pièces et avec eux leurs numéros et numéros de page changeront. Il peut également y avoir des décalages dans le cas de sauts de page et de comptage de lignes. Enfin, il peut également y avoir des changements dans le contenu ; en particulier, les dates sont encore provisoires. Pour faciliter l'identification, chaque texte est indiqué par son numéro dans le catalogue de l'Édition Leibniz. Les textes seront progressivement intégrés dans les futurs volumes de l'édition de l'Académie puis retirés de cette collection.

Gestion des versions et disponibilité à long terme

Au cours du travail éditorial sur les textes, des versions préliminaires modifiées peuvent être rendues accessibles. Les différentes versions du document sont identifiées par des numéros de version et peuvent donc être clairement identifiées.

Nous vous recommandons expressément de toujours utiliser les dernières versions de l'édition des pièces. Par conséquent, veuillez vérifier avant d'utiliser notre site Web si une version plus récente de ce document est disponible ou si un texte a depuis été incorporé dans une pré-impression d'un volume ou un volume publié.

L'archivage à long terme et la disponibilité de nos documents sont assurés par l'Académie des sciences de Basse-Saxe à Göttingen, qui est co-responsable avec l'Académie des sciences de Berlin-Brandebourg du projet interacadémique de l'Édition Leibniz. La citabilité est garantie.

Format de citation

Les références bibliographiques complètes se trouvent sur la page du titre. Nous vous recommandons de toujours inclure le numéro de version lors de la citation ou de la référence à la collection *PHILIUMM*. Une citation d'un manuscrit sous forme abrégée pourrait ressembler à l'exemple suivant :

G. W. Leibniz, *Multa et mira de Angulo contactus* (GWLB LH 35 XII 1 fol. 228–229 ; cf. *PHILIUMM. Transkriptionen und Vorauseditionen mathematischer Schriften für die Leibniz-Akademie-Ausgabe, Version 2*, N. 1 (39455), p. 1–10).

La cote du manuscrit édité se trouve dans la tête de la pièce.

Adresse de contact

Leibniz-Archiv, Waterloostr. 8, D-30169 Hannover, Allemagne
Directeur du département : Michael Kempe
adresse e-mail : leibnizarchiv@gwlb.de
site web : http://www.gwlb.de

Le projet PHILIUMM exploite le site *PHILIUMM Leibniz manuscripts-Digital humanities laboratory* (https://eman-archives.org/philiumm), sur lequel des versions HTML des transcriptions et des traductions ainsi que d'autres documents sont disponibles.

ABOUT THIS DOCUMENT

The collection *PHILIUMM. Transkriptionen und Vorauseditionen mathematischer Schriften für die Leibniz-Akademie-Ausgabe* contains mathematical writings by Leibniz which are either previously unpublished or available only in printed publications outside the Academy edition. The document presents the state of work on these texts as of September 2023, ranging from simple transcriptions to nearly completed scholarly editions.

The following texts have been prepared from manuscript sources in collaboration with the project PHILIUMM The Philosophy of Leibniz in the Light of his Unpublished Mathematical Manuscripts (ERC 101020985; principal investigator: David Rabouin) by Sandra Bella, Mattia Brancato, Vincenzo De Risi, Achim Trunk and Siegmund Probst. For some, the editors were able to build on preliminary work carried out by Vincenzo De Risi, Javier Echeverría, and by members of the Academy editorial groups in Hanover and Münster. Manuela Mirasch-Müller was responsible for inputting the texts, partly on the basis of preparatory work by the editors and by Christopherus Ray'onaldo and Jule Schwarzkopf.

The TEX macro suite EDMAC, developed by John Lavagnino and Dominik Wujastyk, was used for typesetting. Some of the figures were initially produced using the WINGEOM and WINPLOT programs created by Richard Parris, and completed using TEX.

Preliminary status

The writings presented in this collection are preliminary research results. Later versions can be expected to diverge from them in some respects. Thus, the quantity and the sequence of the texts will change, as will their numbering and pagination. Likewise, there may be shifts in page transitions and line numbers. Finally, changes may occur to the content itself; the dates assigned to the writings, in particular, are only preliminary. For easy identification, each text is cited using its number in the Leibniz edition's working catalogue. The writings will be progressively integrated into future volumes of the Academy Edition of Leibniz, after which they will be removed from this collection.

Versions and long-term availability

Over the course of editorial work, successive versions of the preliminary presentation may be made available. Distinct versions of the document are marked with version numbers and are thus unambiguously identifiable.

We strongly recommend always using the most recently published version of our edition of each text. Please check our website before citing this document to ascertain whether a newer version of this document has become available or a particular text has been incorporated into a preliminary edition or a published volume.

Long-term archiving and availability of our documents are provided by the Göttingen Academy of Sciences and Humanities in Lower Saxony, which is jointly responsible with the Berlin-Brandenburg Academy of Sciences and Humanities for the interacademic project of the Leibniz Academy Edition. Citability will remain assured.

Suggestions for citation

The complete reference of this document can be found on the title page. We recommend always specifying the version number when citing or referring to *PHILIUMM*. The following is an example of how a citation of a manuscript may be provided in an abreviated form:

G. W. Leibniz, *Multa et mira de Angulo contactus* (GWLB LH 35 XII 1 fol. 228–229; see *PHILIUMM. Transkriptionen und Vorauseditionen mathematischer Schriften für die Leibniz-Akademie-Ausgabe, Version 2*, N. 1 (39455), p. 1–10).

The shelfmark for the manuscript source may be found in the introductory notes to each individual text.

Contact

Leibniz-Archiv, Waterloostr. 8, D-30169 Hannover, Germany
Head of department: Michael Kempe
E-mail: leibnizarchiv@gwlb.de
Website: http://www.gwlb.de

The PHILIUMM Project operates the website *PHILIUMM Leibniz manuscripts - Digital humanities laboratory* (https://eman-archives.org/philiumm), where HTML versions of transcribed and translated Leibniz writings are provided along with various other materials.

INHALTSVERZEICHNIS

PHILIUMM

Transkriptionen und Vorauseditionen 1677 – 1716

1 (39455). MULTA ET MIRA DE ANGULO CONTACTUS
13. Dezember 1681

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XII 1 Bl. 228–229. 1 Bog. 2°. 4 S.

3 Xb. 1681

Multa et mira de Angulo contactus notavi in scheda, 1 Xb. cujus inscriptio est: *Lineae datae parallelam ducere per punctum datum.*

[*Fig. 1a*]

Res eo redit, ut angulus consideretur, quem facit una tangens ad vicinam, sint duae curvae *ABC*. *DEC*. tangens utique communis *CT* axi *MT* occurrens in *T* tangunt enim se curvae in puncto *C*.

[*Fig. 1b*]

Ponantur puncta E et B etiam coincidere et rectam BC sumi pro latere polygoni infinitanguli curvam repraesentantis. Sumatur ejusdem polygoni curvae ABC aliud punctum A, et curvae DEC punctum D. Jungantur chordae AB, DE sive AB. DB posito B et E coincidere et BA producatur dum axi occurrat in F, et ED axi occurrat in G. Tunc angulus contactus curvae DEC ad rectam tangentem communem major est, si angulus GET sit major quam FBT.

Unde patet angulos contactus crescere cum infinite parvis, sunt enim TF. TG infinite parvae; subtensae nempe angulorum FBT. GBT. infinite parvorum.

Verum mensuram anguli contactus hinc petere non licet prout enim DE sumitur major aut minor, alia oritur quantitas anguli, aliaque rectarum TG, TF ratio inter se invicem vel etiam arcuum quibis hi anguli insistunt. Nec refert etsi DE. BC semper sumantur aequales; Possunt enim esse semper aequales, et tamen dimidio minores.

Solus circulus hoc habet, ut ubique eundem habeat angulum contactus ad eandem rectam, itemque angulum contactus ab utraque parte aequalem. Idem est si plures Circuli se tangant.

---

1 *Unter Fig. 1b:* Hic inveni praeclara de mensura anguli contactus.

[*Fig. 2*]

Est quoque anguli contactus quantitas idem cum lineae curvedine. Circulorum autem curvedines sunt in ratione radiorum generantium AD. BC. CD; quia omnes circuli sunt similes et curvedines eorum similiter producuntur, sunt ergo effectus in ratione causarum. Neque enim discerni possunt nisi compraesentia, vel adhibito aliquo tertio nempe recta vel alio dissimili ad ipsos aut dissimiliter posito.

[*Fig. 3*]

Jam caeterarum omnium curvarum curvedines possunt aestimari a circulis inscriptibilibus. Sit curva GDE cui inscriptilis est circulus radio AD descriptus tangens in puncto

D. Is scilicet in parte curvae concava totus poni potest seu totus jacet intra curvam. In eadem recta ad curvam perpendiculari DA, quantum satis producta, sumatur punctum C tale ut centro C radio CD descriptus circulus (qui curvam tanget in D, quia CD est ad curvam perpendicularis) curvam iterum alicubi secet in F. Is itaque circulus cujus radius CD utique curvae non est ita inscriptilis, ut eam tangat in puncto D. Quaeritur circulus inscriptilium in puncto D tangentium maximus, cujus centrum sit punctum B. Hujus igitur radii BD magnitudo quantitatem curvedinis determinabit. Calculo autem investigari potest, quia circulus centrum habens in recta DC eo ipso quia curvam GDE tangit, facit aequationem duas habentem radices aequales. Sed hoc modo si punctum F incidat in punctum D ⟨-- fiunt⟩ minimum tres radices aequales.

Ergo ut tangentes sive directiones curvarum investigantur per rectas tangentes et duas radices aequales, ita anguli contactuum, sive directionum mutationes sive curvedines investigantur per circulos tangentes, et tres radices aequales. Habemus ergo problema quod tot ingenia exercuit absolutum tandem, et reductum ad puram Geometriam. Angulus communis exprimitur maginitudine arcus; angulus contactus seu curvedo magnitudine circuli, seu radii. Ille magnitudine curvae, hic rectae. Recta utrobique extra curvam ad convexitatem tendens est tangens curvae seu exprimit curvae directionem. Circulus tangens intra curvam seu ad concavitatem ad alteram partem tendentium circulorum tangentium maximus, exprimit curvae in illo puncto curvedinem ad illam partem seu contingentiae quantitatem.

Considerandum in genere, data curva, in quot punctis ei occurrere possit circulus ad summum; unde jam ista erunt aestimanda. Curvarum praeter circulum (et helicem cylindricam ex illis quae in plano describi non possunt) curvedo ubique mutatur. Potest tamen exhiberi ejus maxima et minima curvedo. Hinc potest circulus AD tam esse parvus, ut perpetuo intra curvam ADE procedere et rotari possit ita ut nunquam in ipsam illidatur. Potest etiam circulus CD tam esse magnus, ut nunquam intra curvam rotari possit. Circulus maximus qui intra curvam totam rotari potest, est is cujus curvedo est eadem cum maxima curvae curvedine. Et cum hunc quaeremus, credo quatuor ad minimum radicibus aequalibus opus fore. Nimirum maxima curvedo habebit curvedines ab utraque parte decrescentes caeterae habebunt ab una parte crescentes ab altera decrescentes. Itaque ut tangens forte adhuc alibi occurrere potest, ita potest esse m a x i m a m e d i a curvedo pro parte curvae, (nam maximam extremam habet quaelibet pars. Maximam mediam voco quae radii habet decrescentes, ab utraque parte) et circulus qui eandem curvedinem habet per maximam determinabitur.

Cum autem dicitur curvedinem curvae eandem esse in aliquo puncto, quae est alicujus circuli tunc intelligendum est curvedinem in eodem puncto ab una tantum parte. Nam ut circa idem punctum duo sunt anguli contactus, qui possunt esse valde inaequales, et solent quoque esse in curvis excepto circulo et helice cylindrica; ita quoque duplex est curvedo: igitur cum dicitur tantam esse curvedinem, in puncto aliquo, dicendum est ad quas partes.

[*Fig. 4*]

Ita ponamus circulum AD rotando venientem ab E versus D. Ubi illidi intra curvam nec posse amplius rotando progredi ita ut omnia ejus puncta successive ordine tangat (nam per saltum porro progredi posset) multa puncta transmittendo inter D et H. quae duo scilicet puncta tunc simul tangit. Relictis intermediis arcus DH. Verum puto ad hoc impedimentum progressus non esse attendendum quia per accidens fit, ut posita tam magna DH sed debet esse impedimentum in ipsa DH utcunque exigua a D versus H continuata itaque potius considerandum an circulus post contactum egrediatur e curva ita ut postea iterum eam secet ut in pagina praecedenti designavimus. Est autem DF pars circuli centro D descripti necessario intra curvam, quia circulus curvam tangit a parte concava. Jam si quaeratur radius BD talis ut punctum F incidere incipiat in D tunc BD exprimit magnitudinem curvedinis. Sed alius poterit esse circulus quo idem fiet a parte altera DE. Interdum tamen angulus contactus seu curvedo ab utraque parte eadem cum scilicet constat utrobique eodem modo ad tangentem referri ut tangens verticis parabolae Hyperbolae vel Ellipsis, seu tangens ad axem perpendicularis, facit angulum contactus utrobique aequalem.

[*Fig. 5*]

Jam melius video sit parabola GDE, cujus vertex D. perpendicularis ad curvam seu ejus tangentem, in vertice est ipse axis CD. Sumto jam alicubi puncto in Axe C. radio CD descriptus circulus utique curvam tanget. Sed is si cadat extra curvam iterum eam secabit et quidem in duobus punctis utrobique eodem modo. Habet ergo duas radices aequales quatenus tangit in D. Item oppositas aequales ob G et E. Sed si CD sit tam parva ut G et E incidant in D, tunc coincident omnia quatuor puncta, in quibus circulus parabolae occurrit. Et ejus circuli radius sit DB, inscriptilium maximus. Equidem patet non coincidere duas curvas circuli BD et parabolae, ideoque angulum contactus parabolae ad TD tangentem esse minorem quidem, quam circuli BD ad eandem tangentem, sed dicendum est differentiam esse infinite parvam respectu ipsius anguli contactus; adeoque cum ipse angulus contactus HDT sit infinite parvus respectu rectilinei erit angulus contactus LDH infinite parvus respectu ipsius HDT atque adeo infinities infinite parvus respectu rectilinei. Hinc uti angulus rectilineus est major quolibet angulo contactus ita angulus contactus circularis major quolibet angulo contactus curvae ad circulum suae curvedinis quia ut tangens recta directionem curvae, ita tangens circulus inscriptilium maximus curvedinem exprimit. Differentiae habentur infinite parvae. Hoc ⟨-⟩ non intellecto nemo se expediet.



[*Fig. 6*]

Ne quis autem putet eo casu quo puncta D. G. E coincidunt, fieri radium BD etiam infinite parvum; dabo exemplum ubi manifestum est contrarium. Sit curva EDG quam a circulo ex centro B radio BD descripto intus tangi certa est (utique enim talis curva vel ejus portio datur). Trans ea sumatur praeterea punctum aliquod L et angulo LDB sit aequalis FDB, et rectae GD. FD. aequales, habebitur punctum F et per tria puncta LDF describatur circulus centro utique C in axe existente, quia duo puncta L. F. aequidistantia a D etiam se eodem modo ad axem habent is circulus ergo LDF curvam tanget in D. Sed idem extra eam egredietur et secabit eam in puncto aliquo G, ponatur jam hic circulus continue diminui donec punctum G incidere incipiat in punctum D. Utique is circulus erit quem quaerimus cujus scilicet curvedo eadem quae curvae datae. Idem patet sic quoque. Diminuatur circulus CD centro continue accedente versus B. Ergo cum in B venerit, cadet totus intra curvam, ergo vel paulo major jam intra eam cecidit, et

1 *Dazu am Rand*: NB. solutio summae difficultatis

designari poterit punctum inter C et B quo intra eum cadere incepit vel primum incipit in B. et tunc B erit centrum circuli quaesiti.

Si jam curva GDE eodem modo se habet ab utraque parte ad rectam DC seu si est axis tunc angulus contactus utrobique idem. Sed si sit diversus ut si sit radius BD maximus intus tangentium curvam GD seu quo G incidit in D. at non ideo F incidat in D. sed circuli ex BD sinistra medietas. Statim ingrediatur citra curvam GHD. Dextra vero medietas curva DE egrediatur, patet diversas esse curvedines, ut circulus BD habebit curvedinem curvae GHD, versus H. at circulus major CD maximus ingredient⟨ium⟩ intra DE versus F exgrediatur ex DH versus L. Is exprimet curvedinem curvae in puncto D versus E. Idem patet etiam ex punctis flexuum.

Puncta flexuum habentur per coincidentiam trium punctorum, in quibus recta talem curvam secat. Curvedines habentur per coincidentiam trium punctorum in quibus circulus curvam ab ea parte ad quam curvedo esse intelligitur, secat. Curvedinem coincidere cum angulo contactus ex eo patet quod curvedo utique est directionum ad se invicem inclinatio sive directionum per minima mutatio, id vero est quoque angulus curvae ad tangentem seu angulus tangentis ad tangentem proximam. Quia sumendus angulus contactus in puncto quantum satis vicino, unde chorda ad punctum contactus ducitur chorda autem in puncto indefinite vicino est ipsa tangens.

Post tractatas directiones seu tangentes tractandae sunt quoque curvedines seu directionum mutationes seu anguli contactuum.



[*Fig. 7*]

Videndum an curvae duae inaequales possint habere easdem curvedines, seu an curvae parallelae easdem habeant curvedines, an vero aliae puncta reversionum determinant maximam et minimam curvae ordinatam. Punctum reversionis moti regulae per directricem exhibet reascensum vel redescensum respectu condirectionis curvae, seu ordinatam quae est tangens ut BC. DE. sed punctum reversionis mobilis in regula dextrorsum vel sinistrorsum, seu appropinquatione vel respectu directricis, exhibet ordinatam maximam vel minimam perpendicularem FG. vel HL.

Notandum in puncto flexus quodammodo curvam habere duas diversas tangentes et nullam; an forte tunc punctum curvae quiescit atque ita nulla tunc ejus directio est?

[*Fig. 8*]

[*Fig. 9*]

Aliquando infiniti curvae tangentes dari possunt ad unum idem punctum; sit curva mota hoc modo: $ABCDEBFGHLFM$ patet infinitas esse tangentes exiguae particulae $BCDE$ utcunque illa contrahatur, adeo, ut etsi tandem fiat infinite parva, tamen maneant infiniti tangentes, ut in connexione B duarum semicycloidum AB. BF. Hoc si accommodetur ad modum nostrum generalem describendi curvas, patebit illic fieri reversiones sursum deorsum dextrorsum sinistrorsum, et infinitas interim directionum mutationes tempore infinite parvo, per spatia infinite parva; si tangens realis semper cum puncto circumferetur, directionem curvae exprimens, ea deberet momento absolvere totum circulum seu unam circulationem. Hinc contingunt infinitae directiones simul. Videntur hoc casu esse duae curvae.

Per reversiones patet dari duas radices aequales, ut ita nullo respectu habito ad tangentes. Patet enim ibi duas ordinatas in unam coalescere.

Modus describendi curvam per focos, vel adhibitis meris regulis cum funibus, vel curvis vel etiam curvis et regulis cum funibus, et curvis vel constanti[bu]s longitudinibus si per extremorum foramen transeat funis vel curvis evolutis, extremo funiculi ad curvam existente libero.

2 (39511). DE REIHERI EUCLIDE GERMANICO
[April/Mai 1698 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XII 1 Bl. 305. 1 Bl. ca 8$^{\text{o}}$. $1\frac{1}{2}$ S.
Cc 2, Nr.

Datierungsgründe: J. A. Schmidt und Leibniz erwähnen in Briefen vom 22. und 23. Mai 1698 einen Besuch von S. Reyhers Stiefsohn Andreas bei Leibniz (I, 15 N. 381, S. 595 u. N. 383, S. 598).

Non ita diu est quod filius Celeberrimi IC$^{\text{ti}}$ et Mathematici Domini Samuelis Reiheri mihi paterno nomine dono obtulit Euclidem Germanicum praeclara et accurata diligentia expressum. In eo opere cum alia valde laudo, tum inprimis studium τῆς ἀκρίβειας, quod in Elementis constituendis summi momenti censeo, adeo ut optem ipsa Postulata et Axiomata demonstrata haberi, ad usque vere indemonstrabilia, nempe identicas veritates: Idque non tam certitudinis, sed analyseos gratia desiderarem, ita enim notiones perfectius resolverentur.

Hactenus tamen in Euclide quaedam mihi deesse visa sunt ad summam acribeiam, et ut de Axiomatibus demonstrandis (quod Apollonius et Proclus aggressi sunt) nunc taceam; certe in ipsis theorematibus quaedam interdum tacite assumuntur, quae demonstratione indigerent; quale illud est in propositione prima libri *Elementorum* primi; quod scilicet duo circuli ex duobus rectae ejusdem extremis, ipsiusque rectae intervallo descripti sibi occurrant. Quod fieri assumitur, dum ex puncto occursus rectas ad duo illa extrema duci jubetur. Cujus demonstrationem etiam a D$^{\text{no}}$ Reihero praeteriri video.

---

8 Euclidem Germanicum: S. Reyher, *In Teutscher Sprache vorgestellter Euclides*, 1697; in der GWLB Hannover befindet sich ein Exemplar des Buches mit Goldschnitt unter der Signatur Ld 647.

3 (39554). USUS SIGNI ∞ PRO COINCIDENTIA SEU IDENTIFICATIONE [1677 – 1716]

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 XII 2 Bl. 6. 1 Bl. ca 16°. 1 S.

Datierungsgründe: [**noch**]

U s u s s i g n i ∞ pro coincidentia seu identificatione

$x^3 * ppx + q^3 = 0$

$x^3 = \sqrt[3]{-\frac{q^3}{2} + \sqrt{\frac{p^6}{27} + \frac{q^6}{4}}} + \sqrt[3]{-\frac{q^3}{2} - \sqrt{\frac{p^6}{27} + \frac{q^6}{4}}} \infty a + b$

$x^3 = a^3 + b^3 + 3abx \infty -ppx - q^3$

Ergo $ab = -\frac{pp}{3}$ et $a^3 + b^3 = -q^3$. Quod succedit nam $a^3 + b^3 = -\frac{q^3}{2} - \frac{q^3}{2} = -q^3$ et $ab = \sqrt[3]{\frac{q^6}{4} - \frac{p^6}{27} - \frac{q^6}{4}} = -\frac{pp}{3}$.

4 (39634). TENTATA EXPRESSIO CIRCULI PER PROGRESSIONEM DYADICAM [1680 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XII 2 Bl. 97. 1 Bl. 4°. $1\frac{1}{5}$ S. — Gedr.: (engl. Übers.) Strickland/Lewis, *Leibniz on Binary*, 2022, S. 61 f.

Datierungsgründe: **[noch]**

Tentata expressio circuli per progressionem dyadicam

Progressio dyadica est $1\ \frac{1}{2}\ \frac{1}{4}\ \frac{1}{8}\ \frac{1}{16}\ \frac{1}{32}\ \frac{1}{64}\ \frac{1}{128}\ \frac{1}{256}\ \frac{1}{512}\ \frac{1}{1024}\ \frac{1}{2048}$.

Valor Circuli cujus diameter 1 est $1-\frac{1}{3}+\frac{1}{5}-\frac{1}{7}+\frac{1}{9}-\frac{1}{11}+\frac{1}{13}-\frac{1}{15}+\frac{1}{17}-\frac{1}{19}+\frac{1}{21}-\frac{1}{23}$.

$\frac{1}{2}$ est valor circuli minor justo, quia $\frac{1}{2} \sqcap 1-\frac{1}{3}$. (Jam $1-\frac{1}{3}$ est $\sqcap$ circulo) differentia $\frac{1}{6}$.

$\frac{1}{2}+\frac{1}{4}$ non est minor quam $1-\frac{1}{3}+\frac{1}{5}-\frac{1}{7}$ quia ad $\frac{1}{6}$ addendo $\frac{1}{5}-\frac{1}{7}$ minus fit quam $\frac{1}{4}$.

$\frac{1}{2}+\frac{1}{4}$ non est major quam $1-\frac{1}{3}+\frac{1}{5}$

$\frac{1}{2}+\frac{1}{4}$ comparetur cum $1-\frac{1}{3}+\frac{1}{5}-\frac{1}{7}+\frac{1}{9}$. seu $\boxed{\frac{1}{2}}+\frac{1}{3}\boxed{+\frac{1}{4}}+\frac{1}{7}$ cum $\boxed{\frac{1}{1}}+\frac{1}{5}+\frac{1}{9}$.
$\boxed{\frac{1}{2}}\ \frac{1}{4}$

Erit illud majus hoc ergo $\frac{1}{2}+\frac{1}{4}$ major circulo.

11 qvia *(1)* ad 1 *(2)* $\frac{1}{3}$ addendo *(3)* ad *L* 13 $\frac{1}{5}$ *(1)* (qvia *(2)* $\frac{1}{2}$ *L*

Sumatur $\frac{1}{2}+\frac{1}{8}$ et comparetur cum $\frac{1}{1}-\frac{1}{3}+\frac{1}{5}-\frac{1}{7}$ seu $\frac{1}{3}+\frac{1}{7}$ cum $\frac{3}{8}+\frac{1}{5}$ seu $\frac{2}{35}$ cum $\frac{1}{24}$, erit $\frac{1}{2}+\frac{1}{8}$ non minor quam $\frac{1}{1}$ etc. $-\frac{1}{7}$.

Sumatur $\frac{1}{2}+\frac{1}{8}$ et comparetur cum $\frac{1}{1}$ etc. $-\frac{1}{11}$ seu $\frac{2}{35}$ cum $\frac{1}{24}+\frac{1}{9}-\frac{1}{11}$ seu $\frac{2}{35}$ cum $\frac{1}{24}+\frac{2}{99}$ seu $\frac{1}{35}$ cum $\frac{1}{48}+\frac{1}{99}$ seu $\frac{13}{35\cdot 48}$ cum $\frac{1}{99}$ seu $\frac{13}{35\cdot 16}$ cum $\frac{1}{33}$. Erit illud minus

Si tantum dividas 48 per 13, quotiens est major quam 3, per quem si multiplices 35 fit 105 quod est majus quam 99 erit illud minus hoc. Ergo $\frac{1}{2}+\frac{1}{8}$ est minor circulo.

$\frac{1}{2}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}$ comparetur cum $\frac{1}{1}$ etc. $-\frac{1}{11}$ seu $\frac{13}{35\cdot 16}+\frac{1}{16}$ cum $\frac{1}{33}$ et videatur an illud sit minus. Seu $\frac{13}{35}+1$ cum $\frac{1}{2+\frac{1}{16}}$ ergo non est minus quam hoc. Ergo $\frac{1}{2}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}$ cum $\frac{1}{1}$ etc. $+\frac{1}{13}$ seu $\frac{1}{35}+1$ cum $\frac{1}{2+\frac{1}{16}}+\frac{1}{13}$. Erit illud majus quam hoc ergo et majus circulo. Ergo sumamus:

$\frac{1}{2}+\frac{1}{8}+\frac{1}{32}$ fiet $\frac{1}{35\cdot 16}+\frac{1}{32}$ comp. cum $\frac{1}{33}+\frac{1}{13}$. Erit illud non majus quam hoc.

$\frac{1}{2}+\frac{1}{8}+\frac{1}{32}$ cum $\frac{1}{1}$ etc. $-\frac{1}{15}$ seu $\frac{13}{35\cdot 48}+\frac{1}{32}$ cum $\frac{1}{99}+\frac{1}{13}-\frac{1}{15}$. An illud minus?

1 $\frac{1}{7}$ *(1)* seu $\frac{3}{8}+\frac{1}{5}$ *(2)* seu *L* 3 seu *(1)* $\frac{1}{3}+\frac{1}{7}$ *(2)* $\frac{2}{35}$ *L* 6 Si *(1)* comparemus *(2)* tantum *L* 8 etc. *(1)* $+\frac{1}{9}$ *(2)* $-\frac{1}{11}$ *L* 12 $\frac{1}{13}$ *(1)* Seu $\frac{1}{3}$ *(2)* Erit *L*

1	1	vel alia dispositione	1
2	10		10
3	11		11
4	100		100
5	101		101
6	110		110
7	111		111
8	1000		1000
9	1001		1001
10	1010		1010
11	1011		1011
12———	1100		1100
13———	1101		1101
14———	1110		1110
15———	1111		1111
16———	10000		10000

$$\frac{1}{2} \quad 0100000 \quad \frac{\begin{array}{c}\cancel{1}1\\ \cancel{1}\cancel{0}\cancel{0}000\end{array}}{\begin{array}{c}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}1\\ \cancel{1}1\end{array}} \fint 011111$$

$$\frac{1}{3} \quad 0111 \quad \frac{01}{10} \fint 0$$

1) 1.00000

$$\frac{1}{2} \quad 0100000 \fint 0.1000$$

$$\frac{1}{3} \quad \begin{array}{l}\cancel{1}1\\ 0\cancel{1}\cancel{0}\cancel{0}000\\ \cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}\\ \cancel{1}\cancel{1}\end{array} \fint 0.01010101$$

$$\frac{1}{4} \quad 0.01$$

$$\frac{1}{5} \quad \begin{array}{l}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}1\\ 00100000\\ \cancel{1}\cancel{0}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}1\\ \cancel{1}\cancel{0}\cancel{0}\cancel{0}\cancel{0}00\\ \cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}11\end{array} \fint 0.001100110011$$

$$\frac{1}{6}\qquad \begin{array}{l} \cancel{1}\cancel{1} \\ 00\cancel{1}\cancel{0}\cancel{0}0000000 \fint 0.0010 \\ \cancel{1}\cancel{0}\cancel{0}\cancel{0}\cancel{0}\cancel{0}0 \\ \cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}1 \\ \cancel{1}\cancel{1}1 \end{array}$$

an et sic $\frac{1}{5}$ $\qquad \begin{array}{l} 0 \\ 0000\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}11111 \fint 000101 \\ \cancel{1}\cancel{0}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}\cancel{1}1 \\ \cancel{1}\cancel{0}\cancel{0}\cancel{0}0 \\ \cancel{1}\cancel{1}1 \end{array}$

5 (40813). DE UTILITATE NOTARUM , ET ; [1677 – 1716]

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 I 9 Bl. 59. 1 Streifen ca 7,0 × 2,6 cm. 1 S. auf Bl. 59 v°. — Bl. 59 r° leer.
Cc 2, Nr. 1546

Datierungsgründe: [noch]

Utilis in calculo nota , verb. gr. ;

$3 + 4 + 5 = 12; : 2 = 6$. Quod significat $3 + 4 + 5$ esse aequal. ipsi 12 et ipsum 12 divisum per 2, dare 6. ut si pro 3, 4, 5, scriberentur a, b, c. fieret:

$a + b + c = 12; : 2 = 6.$

Si scripsissemus $a + b + c = 12 : 2 = 6$. sensus fuisset $a + b + c$ aequari 6.

6 (40833). CHARACTERISTICA GEOMETRICA
20. August 1679

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 11 Bl. 1–16. 8 Bog. 2° halbbrüchig beschrieben. 32 S. — Gedr.: 1. Gerhardt, *Math. Schr.* 5, 1858, S. 141–168; 2. Echeverría, *La Caractéristique*, Teil 2, Paris 1979, S. 144–204–205–211; 3. Leibniz, G. W., *La caractéristique géométrique*. Hrsg. v. J. Echeverría u. M. Parmentier. Paris 1995. S. 142–233; 4. (span. Übers. 2.) *Leibniz: Obras filosóficas y científicas*, Vol. 7B: *Escritos matemáticos*, hrsg. v. Mary Sol de Mora Charles, Granada 2015, S. 439–480; 5. (engl. Teilübers.) R. Arthur, *Leibniz on Time, Space and Relativity*, 2021, S. 357–359.

10 Augusti 1679.

Characteristica Geometrica

(1) C h a r a c t e r e s sunt res quaedam quibus aliarum rerum inter se relationes exprimuntur, et quarum facilior est quam illarum tractatio. Itaque omni operationi quae fit in characteribus respondet enuntiatio quaedam in rebus: et possumus saepe ipsarum rerum considerationem differre usque ad exitum tractationis. Invento enim quod quaeritur in characteribus facile idem invenietur in rebus, per positum ab initio rerum characterumque consensum. Ita machinae exhiberi possunt modulis, corpora solida repraesentari possunt in plana tabula, ita ut nullum sit punctum corporis, cui non respondens aliud assignari possit in tabula secundum leges perspectivae. Itaque si quam operationem geometricam scenographica ratione in tabula plana super imagine rei peregerimus; poterit eventus illius operationis exhibere punctum aliquod in Tabula, cui facile sit invenire punctum respondens in re. Ac proinde solutio problematum stereometricorum in plano peragi poterit.

12 *(1)* Characterum utilitas in eo consistit ut dum ipsi tractantur, de re *(a)* ipsa *(b)* qvam repraesentant cogitare necesse non sit donec sub exitum tractationis qvod inventum est in characteribus rursus ad rem ipsam transferatur *(2)* (1) C h a r a c t e r e s *L* 12 sunt *(1)* qvaedam rei *(a)* signa *(b)* notae qvibus *(aa)* ipsae *(bb)* aliarum *(2)* res *L* 12 f. relationes *(1)* exprimi possunt, Unde fit ut operationi qvae fit in characteribus respondeat semper *(2)* exprimuntur *L* 14 respondet *(1)* consideratio *(2)* enuntiatio *L* 14 saepe *(1)* usqve ad exitum *(a)* cons *(b)* tractationis *(2)* ipsarum *L* 15 exitum *(1)* considerationis *(2)* tractationis *L* 17 consensum. *(1)* ita delineationibus in tabula plana factis exprimi possunt *(2)* Ita *(a)* corpora *(b)* machinae *L* 19 in tabula *erg. L* 20 scenographica ratione *erg. L* 20 f. peregerimus; *(1)* poterimus *(2)* poterit *(a)* ex *(b)* eventus *L* 21 f. cui *(1)* respondeat pun *(2)* facile sit *(a)* pun *(b)* invenire … re |, qvaesitum *gestr.* |. Ac *L*

(2) Quanto autem characteres sunt exactiores, id est quo plures rerum relationes exhibent, eo majorem praestant utilitatem, et si quando exhibeant omnes rerum relationes inter se, quemadmodum faciunt characteres Arithmetici a me adhibiti, nihil erit in re quod non per characteres deprehendi possit: Characteres autem Algebraici tantum praestant quantum Arithmetici, quia significant numeros indefinitos. Et quia nihil est in Geometria quod non possit exprimi numeris, cum Scala quaedam partium aequalium exposita est, hinc fit, ut quicquid Geometricae tractationis est, etiam calculo subjici possit.

(3) Verum sciendum est, easdem res diversis modis in characteres referri posse, et alios aliis esse commodiores. Ita Tabula in qua corpus arte perspectiva delineatur potest et gibba esse, sed praestat tamen usus tabulae planae; et nemo non videt characteres numerorum hodiernos, quos Arabicos vel Indicos vocant, aptiores esse ad calculandum, quam veteres Graecos et Romanos; quanquam et his calculus peragi potuerit. Idem et in Geometria usu venit; nam Characteres Algebraici neque omnia quae in spatio considerari debent, exprimunt; (Elementa enim jam inventa et demonstrata supponunt;) neque situm ipsum punctorum directe significant; sed per magnitudines multa ambage investigant. Unde fit ut difficile sit admodum quae figura exhibentur exprimere calculo; et adhuc difficilius calculo inventa efficere in figura: itaque et constructiones quas calculus exhibet plerumque sunt mire detortae et incommodae. Quemadmodum alibi ostendi exemplo problematis hujus[:] data basi, altitudine et angulo ad verticem invenire Triangulum.

(4) Equidem animadverto Geometras solere descriptiones quasdam figuris suis adjicere, quibus explicentur figurae, ut quae ex figura ipsa satis cognosci non possunt, ut linearum aequalitates ac proportionalitates saltem ex verbis adjectis intelligantur: plerumque et longius progrediuntur, et multa verbis exponunt, etiam quae ex figura ipsa sunt manifesta, tum ut ratiocinatio sit severior, nihilque a sensu atque imaginatione pen-

2 utilitatem *(1)*; ut *(2)*, *(a)* qvod numeros *(b)* et *L* 3 a me adhibiti *erg. L* 4 possit: *(1)* ita etiam characteres Algebraici, hun *(2)* Characteres *L* 10 f. potest | non plana tantum, sed *gestr.* | et *L* 14 spatio | extenso *gestr.* | considerari *L* 15 f. exprimunt; | (Elementa ... supponunt;) *erg.* | neqve | satis *gestr.* | situm ... directe *(1)* exhibent *(2)* significant *L* 16 multa ambage investigant. *erg. L* 21 f. adjicere, *(1)* ex qvibus modus figuram delinean *(2)* qvibus *L* 22 satis | certo *gestr.* | cognosci *L* 25–20,1 manifesta *(1)* | eo *nicht gestr.* | ut arbitror consilio, *(2)* tum *(3)* | tum ... tum *erg.* | ut *L*

19 ostendi: Vgl. N. 40834 (40834) vom 19. August 1679.

deat sed omnia rationibus transigantur; tum ut figurae ex descriptione delineari, aut si forte amissae sint, restitui possint.



[*Fig. 1*]



[*Fig. 2*]



[*Fig. 3*]

Hoc autem quamvis non satis exacte observent, praebuere tamen nobis Characteristicae Geometricae velut vestigia quaedam ut cum Geometrae dicunt rectang. *ABC* intelligunt factum ex ductu *AB* super *BC* ad angulos rectos. Cum dicunt *AB* aequ. *BC* aequ. *AC* exprimunt Triangulum aequilaterum. Cum dicunt ex tribus *AB*. *BC*. *AC*. duo quaedam aequari tertio designant omnia tria *A*. *B*. *C*. esse in eadem recta.

(5) Ego vero cum animadverterem hoc solo literarum, puncta figurae designantium usu nonnullas figurae proprietates posse designari; cogitare porro coepi, an non omnes punctorum figurae cujusque relationes iisdem literis ita designari possint, ut tota figura characteristice exhibeatur, et quae crebris linearum ductibus, vix ac ne vix quidem praestantur sola harum literarum collocatione ac transpositione inveniantur. Nam plerumque confusio oritur in figura ex multiplicibus linerarum ductibus praesertim cum adhuc tentandum est, cum contra tentamenta characteribus impune fiant. Sed subest aliquid majus nam poterimus characteribus istis veras definitiones omnium exprimere quae sunt Geometricae tractationis, et analysin ad principia usque nempe axiomata et postulata

2–5 possint. *(1)* Habemus ergo *(2)* |Hoc *(a)* tamen *(b)* autem ... nobis *erg.*| Characteristicae *L* 7 aeqvilaterum cum dicunt *(1)* AB + BC aeqv. AC. eo ipso designant puncta A. B. C. esse in eadem recta *(2)* ex tribus *L* 9 animadverterem *(1)* hac sola literarum, puncta figurae designantium *(a)* expressio *(b)* collocatione *(2)* hoc *L* 15 est, *(1)* solida *(2)* tantaqve est considerationum multitudo, ut *(3)* cum *L* 17 tractationis, *(1)* ultimam ana *(2)* et analysin ad *(a)* ultima usqve *(b)* prima *(c)* principia *L* continuare cum Algebra sibi non sufficiat, sed propositionibus per Geometriam inventis uti cogatur; et dum omnia ad duas illas propositiones, quarum una duo quadrata in unum addit, altera vero triangula similia comparat, referre conatur pleraque a naturali ordine detorquere cogatur.

(6) Nos vero ubi semel Elementa characteribus nostris demonstraverimus, facile poterimus modum deprehendere inveniendi problematum solutiones quae statim eadem opera exhibeant constructiones et demonstrationes lineares; cum contra Algebraici inventis valoribus incognitarum de constructionibus adhuc soliciti esse debeant et constructionibus repertis demonstrationes lineares quaerant. Itaque miror homines non considerasse, si demonstrationes et constructiones esse possunt lineares omni calculo exutae, multoque breviores, profecto etiam inventionem dari debere linearem: nam in lineari non minus quam algebraica Synthesi regressum dari necesse est. Causa autem cur analysis linearis nondum deprehensa fuerit haud dubie nulla alia est, quam quod Characteres nondum inventi sunt quibus ipse situs punctorum directe repraesentaretur, nam in magna rerum multitudine et confusione sine characteribus expedire sese difficile est.

(7) Quod si jam semel figuras et corpora literis exacte repraesentare poterimus, non tantum Geometricam mirifice promovebimus, sed et opticen et phoronomicam, et mechanicam, in universum quicquid imaginationi subjectum est, certa methodo et velut analysi tractabimus, efficiemusque arte mirificia ut machinarum inventiones non sint futurae difficiliores quam constructiones problematum Geometriae. Ita etiam nullo negotio sumtuque machinae etiam valde compositae imo et res naturales delineari poterunt sine figuris, ita ut posteritati transmittantur, et quandocunque lubebit figurae ex descriptione summa cum exactitudine formari possint. Cum nunc quidem ob delineandarum figurarum

2 propositiones, *(1)* pythagoricam et *(2)* qvarum *L* 6 problematum *(1)* constructiones *(a)* ita ut postea ex *(b)* ita ut postea *(2)* solutiones *L* 9 f. qvaerant. *(1)* Nos ver *(2)* Nos vero ubicunqve *(3)* | itaqve ... si *erg.* | demonstrationes *L* 10 f. lineares, | omni ... breviores *erg.* | *(1)* etiam inv *(2)* profecto etiam *(a)* inventione ⟨illa⟩ uti potuissemus lineare: qvidni enim in linearibus non minus qvam algebraicis *(b)* inventionem *L* 12 qvam *(1)* algebraico calculo regressus detur *(2)* algebraica *L* 12 est. *(1)* Obstitit tantum *(2)* Causa *L* 14 qvibus *(1)* accurate *(2)* ipse *L* 15 f. est. *(1)* Qvodsi jam semel *(a)* plana solidaqve Geometria char *(b)* qvicqvid planae solidaeqve Geometriae subjectum est, *(2)* (7) Qvod *L* 17 f. tantum *(1)* imaginationem *(2)* Geometriam mirifice *(a)* juvabimus, *(b)* promovebimus, sed et *(aa)* qvicqvid imaginationi subjectum est, nimirum *(bb)* opticen, et *(aaa)* scientiam mot *(bbb)* phoronomicam, et mechanicam, *(aaaa)* et textoriam artem, omnia ⟨—⟩ *(bbbb)* in universum *L* 20–22,4 Geometriae. | ita enim ... compositae *(1)* describi poterunt *(2)* imo ... ob *(a)* taedium *(b)* delineandarum ... patet *erg.* | poterunt *L*

difficultatem, sumtusque multa pereant, hominesque a rerum sibi exploratarum atque reipublicae utilium descriptione deterreantur, verba etiam neque satis exacta neque satis apta hactenus ad descriptiones concinnandas habeantur, quemadmodum vel ex botanicis et armorum insigniumque explicatoribus patet. Poterunt enim caeterae quoque qualitates quibus puncta quae in Geometria, ut similia considerantur inter se differunt facile sub characteres vocari: Ac profecto tum demum aliquando spes erit penetrandi in naturae arcana, cum id omne quod alius vi ingenii atque imanginationis ex datis extorquere potest, nos ex iidem datis certa arte securi et tranquilli educemus.

(8) Cum vero nihil tale cuiquam hominum, quod sciam in mentem venerit, nec ulla uspiam praesidia apparerent, coactus sum rem a primis initiis repetere, quod quam difficile sit nemo credit nisi expertus. Itaque diversis temporibus plus decies rem aggressus sum diversis modis, qui omnes erant tolerabiles et praestabant aliquid, sed scrupulositati meae non satisfaciebant. Tandem multis resectis ad simplicissima me pervenisse agnovi, cum nihil aliunde supponerem, sed ex propriis characteribus omnia ipse demonstrare possem. Diu autem haesi etiam reperta vera characteristicae hujus ratione, quia ab Elementis per se facilibus atque aliunde notis incipiendum mihi videbam, quae tanta scrupulositate ordinare minime gratum esse poterat. Perrexi tamen et molestia hac superata denique ad majora sum eluctatus.

(9) Verum ut omnia ordine tractemus sciendum est primam esse considerationem ipsius s p a t i i, id est Extensi puri absoluti. P u r i inquam a materia et mutatione a b s o l u t i autem, id est illimitati atque omnem extensionem continentis. Itaque omnia puncta sunt in eodem spatio et ad se invicem referri possunt.

An autem spatium hoc a materia distinctum res quaedam sit, an solum apparitio constans seu phaenomenon, nihil refert hoc loco.

7 cum *(1)* efficere arte poterimus, ut *(2)* id *L* 7 datis *(1)*, nos secuta arte velut ludentes conseqvemur *(2)* ⟨—⟩ *(3)* extorqvere *L* 15 qvia *(1)* res faciles *(2)* ab *L* 19 *(1)* Omnia in Geometria punctorum tantum consideratione absolvuntur. Nam et lineae *(a)* proprietas *(b)* natura ex eo constat, *(aa)* ⟨data⟩ qvodcunqve eius *(bb)* punctum eius utcunqve assumtum, certam qvandam ad data aliqvot puncta habet relationem, per qvam ex ipsis determinari sive inveniri potest. Superficies autem vel per lineas, vel immediate per puncta cognosci possunt, et corpora per superficies vel lineas vel puncta. Punctorum autem duorum *(aaa)* considerat *(bbb)* consideratio *(ccc)* simul existentium consideratio nihil aliud qvam situm unius ad alterum sive distantiam continet, vel qvod idem est rectam interceptam *(2)* (9) Verum *L* 20 et *(1)* mobilitate *(2)* mutatione *L* 21 f. omnia *(1)* qvae supponi po *(2)* puncta sunt in eodem *(a)* spatio, Unde intelligi potest impossibile esse *(b)* spatio *L* 23 hoc *(1)* sit *(2)* a materia *(a)* separatum sit *(b)* distinctum *L*

(10) Proxima est consideratio P u n c t i , id est ejus quod inter omnia ad spatium sive extensionem pertinentia simplicissimum est quemadmodum enim Spatium continet extensionem absolutam, ita punctum exprimit id quod in extensione maxime limitatum est, nempe simplicem situm. Unde sequitur punctum esse minimum, et partibus carere et omnia puncta congruere inter se (sive coincidere posse), adeoque et similia atque si ita loqui licet aequalia esse.

(11) Si duo puncta simul existere sive percipi intelligantur, eo ipsa consideranda offertur relatio eorum ad se invicem quae in aliis atque aliis binis punctis diversa est, nempe relatio loci vel situs quem duo puncta ad se invicem habent, in quo intelligitur eorum distantia. Est autem d i s t a n t i a duorum, nihil aliud quam quantitas minimae unius ad alterum viae, et si bina puncta A. B. servato situ inter se binis aliis punctis C. D. etiam situm inter se servantibus simul congruant aut succedere possint utique situs sive distantia horum duorum eadem erit quae distantia illorum duorum. Nam congrua sunt quorum unum alteri coincidere potest, nulla intra alterutrum mutatione facta. Coincidentium autem $A.B.$ itemque $C.D.$ eadem distantia est, ergo et congruorum, quippe quae sine distantiae intra $A.B.$ vel intra $C.D.$ mutatione facta, possunt coincidantia reddi.

(12) V i a autem (qua et distantiam definivimus) nihil aliud est quam locus continuus successivus. Et via puncti dicitur L i n e a . Unde et intelligi potest extrema lineae esse puncta, et quamlibet lineae partem esse lineam, sive punctis terminari. Est autem via continuum quoddam, quia quaelibet ejus pars extrema habet cum alia anteriori atque posteriori parte communia. Unde consequitur, ut hoc obiter addam, si linea quaedam in aliqua superficie ducatur, non posse aliam lineam in eadem superficie continue progredientem inter duo prioris lineae extrema transire, quin priorem secet.

(13) Via lineae ejusmodi ut puncta ejus non semper sibi invicem succedant, s u -

2–4 qvemadmodum ... situm *erg.* *L* 4 f. carere | (pars enim toto minor) *gestr.* | et *L* 5 (sive coincidere posse) *erg.* *L* 11 viae *(1)* . Via autem a puncto ad punctum intelligitur esse *(a)* via alicuius *(b)* locus continuus puncti, | m⟨—⟩ *erg.* | qvod successivus binis primum uni ex binis punctis deinde alteri coincidit congruit, et medio tempore ordine percurrit puncta continui cuiusdam ab uno ex binis illis punctis terminati, qvae puncti vid dicitur L i n e a *(c)* locus *nicht gestr.* *(2)* , et *L* 11 servato situ inter se *erg.* *L* 12 simul *(1)* congruere possint utiqve distantia eorum sibi sit *(2)* congruant *L* 13 f. sunt *(1)* qvae servato situ sine *(2)* qvorum *L* 19 terminari | Via autem minima a puncto ad punctum necessario | via puncti seu *erg.* | linea est, nam utiqve via puncti *(1)* viae rei alterius *(a)* continui *(b)* extensi *(a)* major est *(2)* minor *(a)* est *(b)* sive simplicior est qvam via alterius extensi. *gestr.* | Est *L* 21 ut ... addam *erg.* *L* 22 superficie *(1)* describatur *(2)* ducatur *L* 22 eadem superficie *(1)* indefinite *(2)* continue *L* p e r f i c i e s est; et via superficiei ut puncta ejus non semper sibi invicem succedant, est c o r p u s . Corpus autem moveri non potest, quin omnia ejus puncta sibi succeant (quemadmodum demonstrandum est suo loco), et ideo novam dimensionem non producit. Hinc apparet nullam esse partem corporis cujus ambitus non sit superficies, nullamque esse partem superficiei cujus ambitus non sit linea. Patet etiam extremum superficiei pariter atque corporis in se redire sive esse a m b i t u m quendam.

(14) Assumtis jam duobus punctis eo ipso determinata est via puncti per unum pariter atque alterum simplicissima possibilis: alioqui eorum distantia non esset determinata, adeoque nec situs. Haec autem linea quae a duobus solis punctis per quae transit determinata est nimirum, ut posito eam per duo data punta transire, ipsa sola hinc consideranda offeratur, ea inquam linea dicitur r e c t a , et licet utcunque producatur dicitur una eademque recta. Ex quibus sequitur non posse duo eadem puncta duabus rectis communia esse, nisi ea duae rectae quantum satis est productae conincidant: ac proinde duas recta non habere segmentum commune (alioqui et duo segmenti hujus extrema haberent communia), nec spatium claudere sive componere ambitum in se redeuntem. Alioqui recta una ab altera digressa ad eam rediret, adeoque in binis punctis ei occurreret. Pars quoque rectae est recta nam et ipsa determinatur per duo illa puncta sola, per quae sola determinatur totum. Determinatur inquam, id est omnia ejus puncta consideranda seu percurrenda ex sola duorum punctorum consideratione offeruntur. Ex his patet si $A.B.C.$ et $A.B.D.$ congrua sint, et $A.B.C.$ in una recta esse dicantur, coincidere C et D. Seu si punctum tantum unicum sit quod eam habeat ad duo puncta relationem quam habet, erunt tria puncta in una recta. Contra si plura duobus sint puncta eodem modo se habentia ad tria vel plura puncta data erunt haec quidem in eadem recta, illa extra eam, cujus rei ratio est, quod quae ad determinantia eodem modo se habent, eo ipso ad determinata eodem modo se habent, itaque tria plurave puncta in eadem recta haberi possunt pro duobus. Puncta autem eodem modo se habentia requiro plura duobus. (Nam si sint duo tantum, res procedit modo tria ad quae unumquodque duorum eodem modo

3 (qvemadmodum ... suo loco) *erg. L* 4 cujus *(1)* extremum *(2)* ambitus *L* 7 est | eorum distantia, sive *erg. u. gestr.* | via *(1)* unius ad *(2)* puncti *L* 9 per qvae transit *erg. L* 11 licet *(1)* indefinite *(2)* utcunqve *L* 14 f. (alioqvi ... communia) *erg. L* 15 redeuntem. *(1)* Seqvitur et partem rectae *(2)* alioqvi *L* 17 recta, *(1)* nam et ipsa determinatur | seu consideranda offertur nimirum qvoad omnia sua puncta *erg.* | per duo illa puncta sola, per qvae determinatur totum *(2)* nam *L* 19 punctorum | per qvae transit *gestr.* | consideratione *L* 19–25,1 Ex his ... recta) *erg. L* 22 si *(1)* qvod punctum plu *(2)* plura | duobus *erg.* | sint *L* 27 qvae *(1)* | unius ⟨—⟩ *erg.* | se habent eodem modo neqve sint *(2)* unumqvodqve *L*

se habet, sint in eodem plano, licet non sint in eadem recta.)

Recta quoque uniformis est ob simplicitatem, seu partes habet toti similes. Et omnis recta rectae similis est quia pars unius alteri congrua est, pars autem rectae toti similis. Et in recta distingui non potest concavum a convexo, sive recta non habet duo latera dissimilia, vel quod idem est; si duo puncta sumantur extra rectam, quae eodem modo se habeant ad extrema rectae vel duo quaelibet puncta in recta, ea sese etiam eodem modo habebunt ad totam rectam, seu ad quodlibet punctum in recta; a quocunque demum latera rectae illa duo extra rectam puncta sumantur. Cujus rei ratio est, quia quae ad puncta determinantia aliquod extensum eodem modo se habent modo, ea etiam ad totum extensum eodem modo se habere necesse est. Denique recta a puncto ad punctum minima est ac proinde distantia punctorum nihil aliud est quam quantitas rectae interceptae. Nam via minima utique magnitudine determinata est a solis duobus punctis; sed et positione determinata est neque enim in spatio absolute plures minimae a puncto ad punctum esse possunt (ut in sphaerica superficie plures sunt viae minimae a polo ad polum). Nam si minima est absolute, extrema non possunt diduci manente lineae quantitate ergo nec partium extrema (nam et partes inter sua extrema minimas esse necesse est) salva singularum partium quantitate, ergo nec salva totius quantitate. Jam si lineae duo extrema maneant immota et linea ipsa transformetur, necesse est puncta ejus aliqua a se invicem diduci. Itaque extremis rectae immotis, salva quantitate minima inter duo puncta, in aliam transformari non potest, itaque non dantur plures minimae incongruae dissimiles inter duo puncta. Quare si duae inter duo puncta essent minimae essent congruae inter se. Jam una aliqua minima est recta (ut supra ostendimus), ergo et alia minima erit recta. At duae rectae inter duo puncta coincidunt. Itaque minima inter duo puncta non nisi unica est.

3 qvia ... similis *erg. L* 6 vel ... recta *erg. L* 12 interceptae. *(1)* Nam si determinata est via *(2)* Nam *(a)* viae minimae | qvantitas *erg.* | utiqve *(b)* via minima | utiqve magnitudine *erg.* | determinata *L* 12 f. punctis; *(1)* res plures minimae esse possunt, alioqvi *(a)* novae determinatione discern *(b)* novum determinans accedere deberet qvo una via minima ab alia via minima discerneretur *(2)* sed *L* 14 f. (ut ... polum) *erg. L* 17 est) *(1)* . ergo linea transformari non potest *(a)* salva qvantitate, *(aa)* ergo omnis cur *(bb)* transformatione *(cc)* transformatio enim salva extremorum distantia, sine *(aaa)* partium saltem did *(bbb)* punctorum qvorundam mediorum partim diductione *(b)* salva extremorum distantia *(2)* ergo salva lineae qvantitate puncta media non possunt moveri *(3)* Mutatio ergo partium qvantitate *(4)* salva *L* 18 immota *(1)* moveaturqve punctum eius medium, *(2)* et *L* 21 f. minimae *(1)* ambae essent rectae. Supra autem demonstratum est congruerent inter se seu ambae essent rectae *(2)* essent *L* 23 erit recta. *(1)* Ergo duae erunt rectae inter duo puncta *(2)* At *L*

(15) Modus generandi lineam rectam simplicissimus hic est: Sit corpus aliquod cujus duo puncta sint immota et fixa, ipsum autem corpus nihilominus moveatur, tunc omnia puncta corporis quiescentia incident in rectam quae per duo puncta fixa transit. Manifestum enim est ea puncta locum habere ex datis duobus punctis fixis determinatum seu manentibus duobus punctis fixis et toto solido existente, moveri non posse; cum caetera extra rectam eadem servata ad duo puncta fixa relatione, locum mutare possint. Unum hic incommodum est, quod ea recta hoc modo descripta non est permanens. Aliter generari potest linea recta, si qua detur linea flexilis, sed quae in majorem longitudinem extendi non possit. Nam si extrema ejus diducantur quousque id fieri potest; linea flexilis in rectam erit transmutata. Eodem modo et plani ac Circuli et Trianguli proprietates ex constitutis definitionibus duci possent. Nam de linea recta in speciem tantum disseruimus.

(16) Heac omnia animo consequi non difficile est, etsi neque figurae nisi imaginatione delineentur, neque characteres adhibeantur alii quam verba, sed quia in ratiocinationibus longe productis neque verba ut hactenus concipi solent satis exacta sunt, nec imaginatio satis prompta; ideo figuras hactenus adhibuere Geometrae. Sed praeterquam quod saepe delineantur difficulter, et cum mora quae cogitationes optimas interea effluere sinit; nonnumquam et ob multitudinem punctorum ac linearum schemata confunduntur, praesertim cum tentamus adhuc et inquirimus; ideo characteres sequenti modo cum fructu adhiberi posse putavi.

(17) Spatium ipsum seu extensum (id est continuum cujus partes simul existunt) non aliter hic quidem designari commode posse video quam punctis. Quoniam figurarum delineationes exacte exprimere propositum est, et in his non nisi p u n c t a et t r a c t u s q u i d a m c o n t i n u i ab uno puncto ad aliud spectantur, in quibus puncta infinita pro arbitrio sumi possunt.

1 (15) *(1)* Ex his duos etiam habemus modos *(2)* Modus *L* 1 rectam *(1)* , | hic est *erg.* | unus per simplicem motum *(a)* hoc modo *(b)* corporis cuiuscunqve hoc modo: *(2)* simplicissimus *L* 3 qvae *(1)* duo puncta fixa connectit *(2)* per *L* 4 est *(1)* haec sola *(a)* ex *(b)* ad duo puncta fixa esse determinata, *(aa)* sola *(bb)* nam si et ipsa moverentur, seqvetur diversa eorum loca | eadem *nicht gestr.* | *(2)* ea *L* 4 f. seu ... existente, *(1)* locum mutare *(2)* moveri non posse *erg. L* 6 f. Unum ... permanens *erg. L* 10–12 Eodem ... disseruimus *erg. L* 17 saepe *(1)* difficulter delineantur *nicht gestr.* *(2)* delineantur *L* 17 cum *(1)* taedio *(2)* mora *L* 22 aliter | hic qvidem *erg.* | designari | commode *erg.* | posse *L* 24–27,2 spectantur, *(1)* hinc tractus autem ipsi *(2)* | in ... possunt *erg.* | ideo *L*

fig. 1.

[*Fig. 4*]

Ideo puncta quidem certa exprimemus literis solis ut A, item B fig. 1.

(18) Tractus autem continuos exprimemus per puncta quaedam incerta sive arbitraria, ordine quodam assumta, ita tamen, ut appareat semper alia intra ipsa tum ultra citraque semper posse sumi.



fig. 2

[*Fig. 5*]

Ita $3b\,6b\,9b$ fig 2. significabit nobis totum tractum, cujus quodlibet punctum appellatur b. et in quo pro arbitio assumsimus partes duas, unam cujus extrema sunt puncta $3b$. $6b$, alteram cujus extrema sunt puncta $6b$. $9b$. Unde patet illas duas partes continuas esse, cum habeant commune punctum $6b$. et divisio earum sit facta pro arbitrio. Hic tractus in quo duarum partium commune extremum nullum aliud est quam punctum, dicitur Linea, et repraesentari etiam potest motu puncti, b, quod viam quandam percurrit, sive vestigia tot quot puncta diversa $3b$. $6b$. $9b$. relinquere intelligitur. Hinc linea dici potest via puncti. Via autem est locus puncti continuus successivus. Potest et per compendium designari hoc modo: Linea $\overline{y}b$ designando per literam $\overline{y}$. vel aliam numeros ordinales pro arbitrio sumtos collective. Cum vero scribemus: $y\,b$ sine nota supra y intelligimus, quodcunque lineae $\overline{y}b$ punctum, distributive.

2 qvidem *(1)* determinata *(2)* certa exprimemus literis | simplicibus *gestr.* | solis *(a)* ut A. B. *(b)* ut *L* 2 f. fig. 1. *(1)* Puncta autem incerta, et qvae pro arbitrio assumi possunt, exprimemus adjectis numeris, ut appareat tum haec puncta tum alia qvoqve inter ipsa, et ultra citraqve ipsa posse assumi. ita lineam *(2)* Tractus autem continuos *(3)* (18) Tractus *L* 8 duas, *(1)* qvarum extrema sunt puncta 3b et 6b *(2)* unam *L* 14–28,1 puncti. *(1)* Via autem est locus continuus successivus. *(2)* Via ... puncti | continuus *erg.* | successivus | Potest ... aliam *(a)* puncta pro arbitrio sumta *(b)* numeros ... distributive *erg.* | (18 | bis *erg. Hrsg.* |) Eodem *L*

(18 bis) Eodem modo tractus quidam fingi possunt, quorum partes cohaerent lineis, vel qui describi intelliguntur motu lineae tali ut puncta ejus non succedant sibi sed ad nova deveniant.

fig. 3



[*Fig. 6*]

Hic tractus sive via lineae dicitur superficies, ponamus nimirum in fig. 3 lineam supradictam $3b6b9b$ moveri, ejusque locum unum appellari $33b36b39b$, locum alium sequentem $63b66b69b$ et rursus alium sequentem $93b96b99b$, fiet superficies $33b36b39b$, $63b66b69b$, $93b96b99b$ quam et per compendium sic designabimus, $\overline{zy}b$.

(19) Ubi patet etiam, quemadmodum motu lineae $\overline{y}b$ secundum puncta $\overline{z}\,b$ describitur superficies $\overline{z\,y}\,b$. Ita vicissim motu linea $\overline{z}\,b$ secundum puncta $\overline{y}\,b$ describi eandem superficiem $\overline{y\,z}\,b$. At $y\,z\,b$ significabit unaquaeque loca puncti b, non collective, sed distributive, et $z\,\overline{y}\,b$ significat unam aliquam lineam $\overline{y}\,b$ in superficie $\overline{z\,y}\,b$ sumtam quamcunque etiam non collective sed distributive.

(20) Neque refert cujus figurae sint ipsae lineae quae moventur; aut etiam secundum quas fit motus, sive quas unum ex lineae motae punctis, describit, inspiciatur figura 4.

1 qvorum *(1)* extrema *(2)* partes *L* 2 non *(1)* percurrant *(2)* succedant *L* 5 in fig. 3 *erg. L* 12 $\overline{\mathrm{y\ z}}$ b. *(1)* Neqve referre cuius figurae sint lineae describentes *(2)* At y z b significabit *(a)* omnia puncta *(b)* locum punctorum qvorumcunqve *(c)* unaqvaeqve *L*



fig. 4

[*Fig. 7*]

Potest etiam fieri ut durante motu, ipsa linea mota figuram mutet, ut linea $\overline{z}b$ in dicta fig. 4. Quod clarius intelligi potest, si quis cogitet quam superficiem descripturus esset arcus, qui durante explosione utcunque moveretur totus, exempli causa si caderet in terram.

fig. 5.



[*Fig. 8*]

Potest etiam linea mota durante motu partes aliquas amittere, quae ab ea sive re sive animo separantur, ut patet ex fig. 5.

4 totus *(1)*. Fieri etiam potest, ut *(2)*, exempli *L*



[*Fig. 9*]

Fieri etiam potest, ut punctum unum plurave, exempli gratia 3*b* in linea mota durante motu quiescat, et loca ejus expressa velut plura, exempli gratia 33*b*. 63*b*. 93*b*., inter se coincidant, ut intelligitur inspecta f i g. 6 . Sed hae varietates omnes multaeque aliae plures etiam characteribus designari poterunt, quamadmodum suo loco patebit.

(21) Quemadmodum autem lineae motu describitur Tractus ille quem vocant Superficiem, ita superficiei motu (tali ut partes ejus vel puncta sibi non ubique succedant) describitur Tractus quem vocant solidum sive corpus.

2 punctum *(1)* aliqvod lineae motae *(2)* unum plurave | exempli gratia 3b *erg.* | in *L*

fig. 7.



[*Fig. 10*]

Quod exemplo uno satis intelligi potest f i g. 7., ut si immota manente linea (recta) $\overline{z}3b$ (nempe $33b63b93b$) in superficie (rectangulo) $\overline{yz}b$ (nempe $\left\{\begin{matrix} 33b\ 63b\ 93b \\ 36b\ 66b\ 96b \\ 39b\ 69b\ 99b \end{matrix}\right\}$) moveatur haec ipsa superficies, motu suo describet solidum

2–5 potest | fig. 7 *erg.* | , *(1)* ut si rectanguli seu superficiei *(2)* ut si *(a)* circa | lineam *erg.* | (rectam) z⟨– – –⟩ *(b)* immota manente linea (recta) $\overline{\text{z}}$3b *(aa)* in superficie (rectangulo) $\overline{\text{zy}}$b *(bb)* (nempe *L*

$$\left\{\begin{matrix} 333b\ 336b\ 339b, & 363b\ 366b\ 369b, & 393b\ 396b\ 399b \\ 633b\ 636b\ 639b, & 663b\ 666b\ 669b, & 693b\ 696b\ 699b \\ 933b\ 936b\ 939b, & 963b\ 966b\ 969b, & 993b\ 996b\ 999b \end{matrix}\right\}$$ ubi tamen notandum hoc loco ob rectam $\overline{z}3b$ immotam puncta $333b, 633b, 933b$, ideoque loco omnium in figura reperitur solum $33b$ coincidere itemque puncta $363b, 663b, 963b$, unde etiam in figura habetur tantum $63b$; ac denique cum eodem modo hic coincidant puncta $393b, 693b, 993b$, tamen per $93b$ expressa sint.

Hoc solidum autem per compendium exprimemus hoc modo: $\overline{xyz}b$, et aliquam ejus superficiem seu locum aliquem ipsius $\overline{zy}b$ exprimemus hoc modo $x\overline{zy}b$ (ita exhibetur sectio cylindricae portionis seu solidi hujus facta plano per axem). Potest etiam aliqua ejus superficies assumi hic modo $z\ \overline{xy}b$ (ita exhibetur sectio hujus portionis cylindricae secundum basin seu plano basi parallelo); item hoc modo $y\overline{xz}b$ (ita exhibetur sectio hujus cylindricae portionis per alium cylindrum axem cum isto communem habentem). Aliae quoque sectiones ejusdem Figurae intelligi possunt, quia infiniti etiam fingi possunt modi, eam generandi per motum vel etiam resolvendi in partes secundum certam aliquam legem. Caeterum omnes varietates, quas in superficiei productione vel resolutione paulo ante indicavimus, multo magis in solido locum habere manifestum est. Denique dimensionem aliquam alteriorem solido, seu tractum ipsius solodi motu tali descriptum ut puncta ejus sibi ubique non succedant reperiri non posse, suo loco demonstrandum est.

(22) Porro tractus ipsi seu loca punctorum quorundam indefinitorum, determinantur punctis quibusdam certis, itemque Legibus quibusdam secundum quas ex paucis illis punctis certis caetera puncta indefinita ordine in considerationem venire, et tractus ipsi generari sive describi possint.

Quod antequam exponamus, signa quaedam explicabimus quibus in sequentibus utendum erit. Primum itaque fieri potest ut duo vel plura nomina in speciem diversa non sint revera nisi unius rei sive loci, id est puncti vel lineae alteriusve tractus, atque ita *eadem esse* sive *coincidere* dicentur.

9 f. x$\overline{\text{zy}}$b *(1)* si locum aliqvem ipsius *(2)* ita exhibetur sectio | cylindricae . . . plano *erg.* | per *L* 12 seu . . . parallelo *erg. L* 13 per *(1)* aliam portionem cylindricam *(2)* alium *L* 21 f. certis *(1)* ipsius Tractus productionem *(2)*, itemqve Legibus qvibusdam *(a)* per qvas *(b)* qvas *(c)* secundum . . . illis *(aa)* assumtis *(bb)* punctis *L* 22 indefinita *(1)* ex paucis qvibusdam ut dixi sumtis, *(2)* ordine *L* 23 generari sive *erg. L* 23 f. possint. *(1)* Et qvidem ex uno ⟨—⟩ *(2)* Qvod anteqvam exponamus, | primum *gestr.* | signa *L* 25 in speciem diversa *erg. L* 26 sive loci *erg. L*



[*Fig. 11*]

Ita si sint duae lineae AB et CD, sintque puncta A et C unum idemque hoc ita designabimus: $A \infty C$, id est A et C coincidunt. Hoc maxime usum habebit in designandis punctis aliisque extremis communibus diversorum Tractuum. Idem enim punctum sive extremum suas denominationes habebit, tam secundum unum tractum, quam secundum alterum. Quod si dicatur $A.B \infty C.D.$ sensus erit simul esse $A \infty C$ et $B \infty D$. Idemque est in pluribus. Ab utraque enim enuntiationis parte, idem ordo est observandus.

(23) Quod si duo non quidem coincidant, id est non quidem simul eundem locum occupent, possint tamen sibi applicari, et sine ulla in ipsis per se spectatis mutatione facta alterum in alterius locum substitui queat, tunc duo illa dicentur esse congrua ut AB et CD. in fig. 8.



[*Fig. 12*]

3 id est | puncta *gestr.* | A et C *L* 4 communibus *(1)* diversarum figur *(2)* diversorum *L*
6 alterum. *(1)* Qvod si duae res non coincidant qvidem sive eundem locum simul occupent *(2)* Qvod si dicatur *(a)* A. B. coincidere *(b)* A. B ∞ C. D. *L*

Itaque fiet: AB ♉ CD item $A.B$ ♉ $C.D$ in fig. 9. id est servato situ inter A et B, item servato situ inter C. et D. nihilominus $C.D$. applicari poterit ipsi $A.B$ id est simul applicari poterit C ipsi A et D ipsi B.

(24) Si duo extensa non quidem congrua sint, possint tamen congrua reddi, sine ulla mutatione molis sive quantitatis, id est retentis omnibus iisdem punctis; facta tantum quadam si opus est transmutatione, sive transpositione partium vel punctorum; tunc dicentur esse aequalia.



[*Fig. 13*]

Ita in fig. 10 Quadratum $ABCD$ et Triangulum isosceles EFG basin habens EG lateri AB quadrati duplam; aequalia sunt: nam transferatur FHG in EGF quia EGF ♉ FHG. fiet EFG aequ. $EHFG$. Jam $EHFG$ ♉ $ABCD$. ergo EFG aequ. $ABCD$.

Hinc generalius si a ♉ c et b ♉ d erit $a+b \sqcap$ (sive aequ.) $c+d$. Imo amplius: Si a ♉ e, b ♉ f, c ♉ g, d ♉ h fiet: $a+b-c+d \sqcap e+f-g+h$. Sive si duae fiant summae ex quibusdam partibus uno eodemque modo addendo vel subtrahendo; partesque unius sint congruae partibus alterius eodem modo ad totum constituendum concurrentibus, quaelibet unius summae uni alterius summae sibi ordine respondenti; tunc duae summae quae inde fient, non quidem semper congruae erunt, erunt tamen semper aequales.

6 si opus est *erg.* *L* 10 sunt *(1)* sive: qvia ABC aequ. EHF *(a)* et ABC aequ. *(b)* aeqv. ADC aequ. FHG *(2)*: nam *L* 11 ♉ FHG. *(1)* erit *(2)* fiet EHFG ♉ ABCD. Hinc *(3)* fiet *(a)* EHFG aequ. *(b)* EFG *L* 13 sive *(1)* ex congruis qvotcunqve eandem summam *(2)* si *(a)* congrua hinc *(b)* duae fiant summae *(aa)* et partes addendo vel subtrahendo; partesqve illas congruant ordine *(bb)* ex *L* 15 f. concurrentibus *(1)* ordine *(2)* qvaelibet | unius ... alterius summae *erg.* | sibi *L*

Atque ita argumentatio a congruis ab aequalia ipsa aequalium definitione constituetur. Sunt quidem alias aequalia, quorum eadem est magnitudo. Verum ipsa partium congruentium cuidam rei sive mensurae, multitudo, est magnitudo.



fig. 11.

[*Fig. 14*]

Ut si in fig. 11 sint duo magnitudinem habentia, a et b, et detur res tertia c quae sit bis a + ter b. Patet ejus magnitudinem multitudine partium tum ipsi a tum ipsi b congruentium exprimi. Itaque quae congruae reddi possunt nullo addito vel detracto utique aequalia esse necesse est.

[*Erster Ansatz, gestrichen*]

Cum enim punctum quodvis cuivis congruat, et numerus punctorum in duobur rebus congruis sit idem, hoc est cuilibet puncto in uno respondeat suum proprium in altero, utique aequalia sunt sed quia non satis accurate puncta partes appellantur aut numerum habere dicuntur; et possunt aequalia esse quae nullas habent partes congruentes ut superficies cylindrica et circulus ideo magnitudinem poterimus intelligere generalius esse attributum rei expressum per alias res, ad ipsam pertinentes homogeneas datas manentem etiam harum rerum relatione inter se invicem mutata. Homogeneas intelligo quae in communi aliquo conveniunt, ut punctum, linea, corpus et horum partes. Datas

2 Verum *(1)* magnitudo est *(a)* illud ipsum qvod *(b)* nihil aliud qvam *(2)* ipsa *L* 5 in fig. 11 *erg. L* 7 nullo *(1)* puncto *(2)* addito vel detracto *erg. L* 12 utiqve aeqvalia sunt *erg. L* 13 f. dicuntur; | et ... qvae *(1)* null *(2)* nihil aliud habent congruens qvam pun *(3)* nullas ... circulus *erg.* | ideo *L* 14 poterimus *(1)* definire *(2)* intelligere generalius *(a)* expressionem rei per alias res | ad ipsam pertinentes *erg.* | datas ita determinatas ut nulla qvalibet earum proposita cognosci possit an ad rem pertineat vel non *(b)* esse *L* 17 aliqvo | absoluto ita *gestr.* | conveniunt *L* 17 corpus *(1)* in hoc *(a)* ut situm habeant secund *(b)* spatium pertineant, *(2)* et *L*

id est congruentes certis quibusdam rebus; Determinatas, ita scilicet ut quaelibet earum proposita appareat ex ipsa expressione an ad rem pertineat vel non. Atque ita illud extensi praedicatum per quam determinari potest, an punctum aliquod ad ipsum pertineat, quodque eadem manet mutato punctorum situ inter se ita ut unum alterius vel ambo unius repetitione generari possint, magnitudo extensi appellabitur. Quodsi partes datis quibusdam rebus congruae determinari in re possint, utique et puncta in illis determinari poterunt, adeoque numerus partium rebus quibusdam certis congruentium, cum modum exhibeat omnia rei puncta ita determinandi, ut nihil referat quis sit situs punctorum invicem, utique erit magnitudo.

[*Zweiter Ansatz*]

(25) Verum ut rem istam altius repetamus explicandum est, quid sit pars et totum, quid homogeneum, quid magnitudo, quid ratio. Pars nihil aliud est quam requisitum totius diversum (seu ita ut alterum de altero praedicari nequeat) immediatum, in recto cum correquisitis.

[*Fig. 15*]

Ita AB. requisitum est ipsius AC. id est si non esset AB. neque foret AC. Diversum quoque est, neque enim AC est AB. alioqui enim rationalis est requisitum hominis, sed quia homo est rationalis, ideo rationalis (qui hominis requisitum est,) et homo, idem est, etsi enim expressione differant, re tamen conveniunt. Pars immediatum est requisitum, neque enim connexio interAB et BC pendet a quadam consequentia sive connexione causarum, sed ipsa per se patet, ex hypothesi assumti totius. Est autem in recto cum correquisitis, semper enim convenire debent secundum certum quendam considerandi modum, nam et quae ut Entia tantum, imo et ut cogitabilia spectamus, verbi gratia DEUM,

1 id est | datis *gestr.* | congruentes *L* 2 ex ipsa expressione *erg. L* 3 extensi *(1)* expressio *(2)* praedicatum *L* 4 f. ita ut . . . possint *erg. L* 6 in re *erg. L* 7 partium *(1)* determinatae rei *(2)* dat *(3)* rebus *L* 12 f. reqvisitum | totius . . . nequeat) *erg.* | immediatum *(1)* homogeneum totius *(2)* in recto *L* 21 totius. *(1)* Homogeneum esse intelligo, *(2)* Est *L* 22 qvendam *(1)* assumandi *(2)* considerandi *L*

hominem, virtutem, possumus considerare velut partes unius totius ex ipsis compositi. Excluduntur ergo requisita immediata quidem et diversa ut rationalitas in abstracto quae requisitum est hominis immediatum diversum neque enim homo est rationalitas, attamen non hic spectatur ut conveniens cum homine, sed ut attributum: alioqui sane negari non potest, etiam ex hix duobus: homo et rationalitas fingi posse unum totum, cujus hae partes. At rationalitas hominis pars non erit, requiritur enim ad hominem in obliquo, seu non convenienti quadam ratione, cum aliis quae ad hominem praeterea requiruntur. Sed haec sunt magis metaphysica, nec nisi in eorum gratiam adducuntur, qui notionum intima intelligere desiderant. Simplicus ita definiemus: Partes sunt quae requiruntur ad unum quatenus cum eo conveniunt.

(26) Numerus est cujus ad unitatem relatio est quae inter partem et totum vel totum et partem. Quare fractos etiam et surdos comprehendo.

(27) Magnitudo Rei distincte cognita est numerus (vel compositum ex numeris) partium rei cuidam certae (quae pro mensura assumitur) congruentium. Ut si sciam esse lineam quae bis aequetur lateri ter aequetur diagonali cujusdam quadrati certi mihique satis cogniti, ut ad ipsum cum lubet recurrere possim, ejus lineae magnitudo mihi cognita esse dicetur, quae erit binarius partium lateri congruentium, + ternarius partium diagonali congruentium. Diversis autem licet assumtis mensuris quibus eadem res diversimode exprimitur tamen semper eadem prodit magnitudo, quia ipsis mensuris iterum resolutis ad idem denique semper devenitur; adeoque mensurae diversae illum ipsum numerum eundem resolutione prodeuntem jam involvunt. Quemadmodum unus idemque est numerus tres quartae, ex sex octavae; si quartam iterum in duas partes resolvas. Atque talis

3 hominis *(1)*, |nec *nicht gestr.*| tamen *(2)* |immediatum ... enim *erg.*| homo *L* 4 ut *(1)* homogeneum hominis *(2)* conveniens *L* 7 non *(1)* modo *(2)* ita ut id qvod ex ipsis homogeneum *(3)* ead *(4)* convenienti *L* 9–11 desiderant |Simplicius ... conveniunt *erg.*| (26) *(1)* Magnitudo est *(2)* Numer *(3)* Numerus *(a)* totum est, cuius partes *(aa)* sunt Unitates vel sunt homogeneae unitati *(bb)* exprimuntur per unitates. Itaque sub numero et *(aaa)* fractiones *(bbb)* fractos, et surdos comprehendo *(b)* est *(aa)* inter q *(bb)* cuius *L* 13 Rei distincte cognita *erg.* *L* 16 possim *(1)* eius magnitudinem *(2)* rei *(3)* eius *L* 18 f. qvibus ... exprimitur *erg.* *L* 22–38,11 resolvas. *(1)* Ratio est numerus *(a)* exprimens qvomodo *(aa)* unum r *(bb)* unam rem *(b)* exprimens magnitudinem *(c)* exprimens magnitudinem rei unius *(d)* exprimens rei magnitudinem *(e)* cui *(f)* aeqvalis numero rei unius *(2)* |Atqve ... utrum *(a)* aliqvid propositum *(b)* aliqva ... pars, *(aa)* qvodqve manet et qvidem nulla habita ratione *(bb)* vel aliud ... manentibus *(aaa)* punctis, manet *(bbb)* homogeneis ... puncti *(aaaa)* aut lineae *(bbbb)* repetitione qvadam *(aaaaa)* fit linea, tamet *(bbbbb)* continua ... fit linea |saepe ... congruat *erg.*|. Aliter ... possunt, sive *(aaaaaa)* id potius qvod col *(bbbbbb)* discrimen *(cccccc)* qvod ... recidunt *erg.*| *(28)* Ratio *L*

est Magnitudo distincte cognita. Alioquin magnitudo est attributum rei, per quod cognosci potest, utrum aliqua res proposita sit illius pars, vel aliud homogeneum ad rem pertinens et quidem tale ut maneat licet partium habitudo inter se mutetur. Vel etiam Magnitudo est attributum quod iisdem manentibus homogeneis ad rem pertinentibus aut substitutis congruis, manet idem. Homogenea autem ad rem aliquam pertinentia intelligo non partes solum sed et extrema atque minima sive puncta. Nam puncti repetitione quadam continua, sive motu, fit linea. Saepe autem res ita transmutantur, ut ne unica quidem pars figurae posterioris, prioris parti congruat. Aliter magnitudinem infra definio, ut sit id quo duae res similes discerni possunt, sive quod in rebus sola comperceptione discernitur. Sed omnia haec eodem recidunt.

(28) Ratio ipsius A ad B nihil aliud est quam numerus quo exprimitur magnitudo ipsius A, si magnitudo ipsius B ponatur esse unitas. Unde patet Magnitudinem a ratione differre ut numerum concretum a numero abstracto; est enim magnitudo numerus rerum, nempe partium; ratio vero est numerus unitatum. Patet etiam rei magnitudinem eandem manere, quacunque assumta mensura per quam eam exprimere volumus; rationem vero aliam atque aliam fieri pro alia atque alia mensura assumta. Patet etiam (ex definitione divisionis) si numerus magnitudinem exprimens ipsius A et alius numerus magnitudinem exprimens ipsius B (modo utrobique eadem mensura seu unitas adhibita sit) dividatur, provenire numerum qui est ratio unius ad alterum.

(29) Aequalia sunt quorum eadem est magnitudo, seu quae nullo amisso vel accepto congrua reddi possunt.

Minus dicitur quod alterius parti aequale est, id vero quod partem habet alteri aequalem dicitur Majus. Hinc pars minor toto, quia parti ipsius, nempe sibi, aequalis est. Signis autem his utemur:

$a \sqcap b$	a aequ. b
$a \sqcap b$	a maj. quam b
$a \sqcap b$	a min. quam b

Si pars unius alteri toti aequalis est, reliquae partis in majore magnitudo dicitur differentia. Magnitudo autem totius est summa magnitudinum partium, vel aliorum partibus ejus aequalium.

11 numerus *(1)* qvidem qvo exprimi potest magnitudo *(a)* ⟨rei⟩ *(b)* ipsius A, posito *(2)* qvi ita est ad unitatem ut unit *(3)* qvo *L* 15 assumta *(1)* re, *(a)* per *(b)* vel *(2)* mensura *L* 16–19 patet . . . dividatur *(1)* productum *(2)* provenire . . . alterum *erg. L*

(30) Si duo sint homogenea (sive si in uno partes assumi possint utcunque, partibus alterius aequales, et idem fieri semper possit et in residuis) neque differentia ulla sit inter ipsa, id est si neque a sit majus quam b, neque b majus quam a, necesse est esse aequalia. Transmutentur enim ut congruant quoad licet utique aut in uno eorum supererit aliquid, aut congruent, adeoque erunt aequalia. Itaque in his consequentia haec valebit:

a non $\sqcap$ b, a non $\sqcap$ b. Ergo $a \sqcap b$.

(31) S i m i l i a sunt quae singula per se considerata discerni non possunt.

fig. 12

[*Fig. 16*]

Velut duo triangula aequilatera (in fig. 12). Nullum enim attributum, nullam proprietatem in uno possumus invenire, quam non etiam possimus reperire in altero et unum ex ipsis appellando a, alterum b, s i m i l i t u d i n e m ita notabimus: $a \sim b$. Si tamen simul percipiantur, statim discrimen apparet, unum alio esse majus. Idem fieri potest etsi non simul percipiantur, modo aliquod velut medium assumatur sive mensura quae primum applicetur uni, aut aliquo in ipso, notatoque quomodo prius vel pars ejus cum mensura vel ejus parte congruat, postea eadem mensura etiam applicetur alteri. Itaque dicere soleo s i m i l i a non discerni nisi per comperceptionem. At, inquies, ego etsi successive videam duo triangula aequilatera inaequalia ea nihilominus probe discerno. Sed sciendum est me hoc loco loqui de intelligentia, ut nimirum mens aliquid notare possit in uno, quod non procedat in altero non de sensu et imaginatione. Ratio autem cur oculi duas res similes sed inaequales discernant, manifesta est; nam supersunt nobis rerum prius perceptarum imagines, quae rei nove perceptae imaginibus applicatae discrimen

4 enim *(1)* qvoqve *(2)* qvoad licet donec congruant, utiqve aut in uno eorum *(2)* ut *L* 7 se *(1)* spectata *(2)* considerata *L* 10 f. et unum ... a $\sim$ b *erg. L* 14 f. uni, | aut ... ipso *erg.* | notatoqve *(1)* loco congruendi modo *(2)* | qvomodo ... congruat *erg.* | postea | eadem mensura *erg.* | etiam *L* 19 non ... imaginatione *erg. L*

ipsa comperceptione harum duarum imaginum ostendunt. Et ipse fundus oculi, cujus partem majorem minoremque occupat imago, mensurae cujusdam officium facit. Denique alias res semper simul percipere solemus, quas etiam cum prioribus percepimus, unde rem novissime perceptam ad eas referendo, ut priorem ad easdem retulimus, discrimen non difficulter notamus. Si vero fingeremus, DEUM omnia in nobis ac circa nos in aliquo cubiculo apparentia proportione eadem servata minuere, omnia eodem modo apparerent neque a nobis prior status a posteriore posset discerni, nisi sphaera rerum proportionaliter imminutarum, cubiculo scilicet nostro egrederemur; tunc enim comperceptione illa cum rebus non imminutis oblata discrimen appareret. Hinc manifestum est etiam Magnitudinem esse illud ipsum quod in rebus distingui potest sola comperceptione, id est applicatione vel immediata, sive congruentia actuali sive coincidentia, vel mediata nempe interventu mensurae, quae nunc uni nunc alteri applicatur, unde sufficit res esse congruas, id est actu congruere posse.

(32) Ex his autem intelligi potest similia et aequalia simul esse congrua. Et quia similitudinem hoc signo notare placet: $\sim$ nempe $a \sim b$ id est a est simile ipsi b.

fig. 13



[*Fig. 17*]

Vid. fig. 13. Hinc consequentia erit talis:

$a \sim b$ et $a \sqcap b$. Ergo a ♉ b.

(33) Sunt et aliae consequentiae:

a ♉ b. Ergo $a \sqcap b$.

a ♉ b. Ergo $a \sim b$.

$a \propto b$. Ergo a ♉ b.

. . . . $a \sqcap b$.

. . . . $a \sim b$.

5 f. in aliqvo cubiculo *erg. L* 7 f. proportionaliter *(1)* immutatarum, e *(2)* imminutarum *L* 9 cum . . . oblata *erg. L* 10 f. comperceptione, *(1)* sive applicatione aut congruentia *(2)* id *L* 17 vid. fig. 13 *erg. L* 18 Ergo a ♉ b *(1)* vid. fig. 13. *(2)* (33) *L*

(34) Nam quae reapse coincidunt, utique congrua sunt; quae congrua sunt utique similia, item aequalia sunt. Hinc videmus tres esse modos ac velut gradus res extensione praeditas, neque alias qualitatibus diversas discernendi. Maximus ille est, ut sint dissimiles, ita enim singulae per se spectatae ipsa proprietatum quae in ipsis observantur diversitate facile discernuntur, ita triangulum isosceles facile discernitur a scaleno, etsi non simul videantur. Si quis enim me jubeat videre an triangulum quod offertur sit isosceles an scalenum, nihil forinsecus assumere necesse habeo, sed sola latera ejus comparo inter se. At vero si jubear ex duobus Triangulis aequilateris eligere majus collatione Triangulorum cum aliis opus habeo sive comperceptione, ut explicui, neque notam aliquam discriminis in singulis spectabilem assignare possum. Si vero duae res non tantum sint similes, sed et aequales, id est si sint congruae, etiam simul perceptas non discernere possum, nisi loco, id est nisi adhuc aliud assumam extra ipsas, et observem ipsas diversum habere situm, ad tertium assumtum. Denique si ambo simul in eodem sint loco, jam nihil habere me amplius quo discriminentur. Atque haec est vera cogitationum quam de his rebus habemus Analysis cujus ignoratio fecit, ut characteristica geometriae vera hactenus non sit constituta. Ex his denique intelligitur, ut magnitudo aestimatur dum res congruere aut ad congruitatem reduci posse intelliguntur, ita rationem aestimari similitudine, seu dum res ad similitudinem reducuntur, tunc enim omnia fieri necesse est proportionalia.

(35) Ex his explicationibus coincidentium, congruorum, aequalium ac similium consequentiae quaedam duci possunt. Nempe quae sunt eidem aequalia, similia, congrua, coincidentia, sunt etiam inter se, ideoque

$$\begin{array}{llll}
a \infty b & \text{Et } b \infty c & & \text{Ergo } a \infty c \\
a \text{ ♉ } b & b \text{ ♉ } c & & a \text{ ♉ } c \\
a \sim b & b \sim c & & a \sim c \\
a \sqcap b & b \sqcap c & & a \sqcap c
\end{array}$$

Non tamen consequentia haec valet:

a non ∞ b et b non ∞ c. Ergo a non ∞ c, prorsus ut in Logica ex puris negativis nihil sequitur.

3 neqve ... diversas *erg. L* 16 aestimatur *(1)* congruentibus, qvae vel his qvae ad congr *(2)* dum *L* 21–42,1 qvae ... (36) *erg. L*

(36) Si coincidentibus sive iisdem ascribas coincidentia prodeunt coincidentia, ut

$a \infty c$ et $b \infty d$. Ergo $a.b \infty c.d$.

Sed in congruis hoc non sequitur, exempli causa si $A.B.C.D$. sint puncta, semper verum est esse A ♉ C et B ♉ D. Quodlibet enim punctum cuilibet congruum est. Sed non ideo dici potest $A.B$ ♉ $C.D$. id est simul congruere posse A ipsi C et B ipsi D. servato nimirum tum situ $A.B$ tum situ $C.D$. Quanquam viceversa ex positis $A.B$ ♉ $C.D$ sequatur A ♉ C. et B ♉ D. ex significatione characterum nostrorum, idque etiam verum est, licet $A.B.C.D$. non sint puncta sed magnitudines. At si congrua sibi ascribantur, inde oriuntur aequalia, ita:

$a + b - c \sqcap d + e - f$, posito esse a ♉ d et b ♉ e et c ♉ f, quia congrua semper aequalia sunt.

(37) Verum si congrua congruis similiter addantur, adimanturque, fient congrua. Cujus rei ratio est quia si congrua congruis similiter addantur, similia similibus similiter addentur (quia congrua sunt similia) ergo fient similia, fiunt autem etiam aequalia (nam congrua congruis addita faciunt aequalia). Jam similia et aequalia sunt congrua. Ergo si congrua congruis similiter addantur fient congrua. Idem est si adimantur.

(38) An autem similiter aliqua tractentur intelligi potest ex characteristicis nostris modoque unumquodque describendi aut determinandi. In quo si sigillatim nullum discrimen notari potest, utique semper omnia similia prodire necesse est. Illud quod notandum est si qua sint similia secundum unum determinandi (distincte cognoscendi, describendi) modum eadem fore similia etiam secundum alium modum. Nam unusquisque modus totam rei naturam involvit.

(39) Axiomata autem illa quibus Euclides utitur, si aequalibus addas aequalia fient aequalia, aliaque id genus facile ex eo demonstrantur, quod aequalium eadem est magnitudo, id est quod substitui sibi possunt salva magnitudine. Nam sint

$a \sqcap c$ et $b \sqcap d$, fiet $+a + b \sqcap c + d$,

nam si scribatur $a + b$ et in locum ipsorum $a.b$. substituantur aequalia $c.d$, ea substitutio

1 f. ut *(1)* A ∞ C et B ∞ D. Ergo A.B. ∞ C.D. idem est de congruis, qvia nihil aliud sunt qvam potentia coincidentia, A ♉ C et B ♉ D. Ergo A.B. ♉ C.D. *(2)* a ∞ c *L* 4 qvodlibet ... congruum est *erg. L* 5–8 servato ... magnitudines *erg. L* 8 sibi *(1)* addantur, seqvi *(2)* ascribantur *L* 11 qvia ... sunt *erg. L* 12 (37) *erg. L* 18 (38) *erg. L* 25 (39) *erg. L* 29 substituantur *(1)* qvae singulis aeqvalia sunt *(2)* aeqvalia *L*

fiet salva magnitudine, ac proinde eorum quae prodibunt $+c+d$ eadem erit magnitudo quae priorum $+a+b$. Sed haec ad calculum Algebraicum potius pertinent, satisque explicata habentur, itaque regulis magnitudinum ac rationum atque proportionum non immorabor; sed ea Maxime explicare nitar, quae situm involvunt.

(40) Redeo nunc ad ea quae §. 22 interrupta sunt, et primum de punctis, inde de Tractibus agam. Omne punctum congruum adeoque aequale (si ita loqui licet) et simile est:

A ♉ B , $A \sqcap B$, $A \sim B$.

(41) $A.B$ ♉ $C.D$ significat simul esse A ♉ C et B ♉ D. manente situ $A.B$ et $C.D$.

fig. 14



[*Fig. 18*]

(42) $A.B$ ♉ $B.A$ est Proposito cujus est sensus, positis duobus punctis $A.B$. ac situm eundem inter se retinentibus posse loca eorum permutari, seu poni A in locum B et contra.

1 f. prodibunt |+c + d *erg.*| eadem erit magnitudo |qvae priorum +a + b *erg.*| *(1)* Hoc solo substituendi artificio etiam *(2)* Sed *L* 9–11 B ♉ D. |manente ... C.D. *erg.*| *(1)* A. B ♉ A. Y. est propositio qvae significat positis duobus punctis A.B. posse reperiri tertium aliqvod Y (qvod ideo qvia indefinitum, hac litera significavi) tale ut *(a)* A.B et A *(b)* servato situ A.Y. et A.B. ipsa A.Y et A.B sibi applicari possint, nempe simul A ipsi A et B ipsi Y. A *(aa)* maneat *(bb)* ipsi A (id est A manente ubi erat) et B ipsi Y. A. B ♉ C. Y *(2)* |(42) *erg.*| A. B ♉ B. A. *L*

fig. 15

[*Fig. 19*]

Quod ex eo manifestum est, quia relatio situs quam habent ad ambo eodem modo pertinet, nec nisi externis assumtis discrimen ullum notari potest facta permutatione.

(43) $A.B$ ♉ $X.Y$ est propositio significans datis duobus punctis A et B. posse reperiri alia duo X et Y. quae eundem inter se situm habeant quem illa duo, sive ut haec simul illis duobus servato situ utrobique, congruere possint. Quod ex eo demonstratur, quia $L.M$, $A.B$ moveri possunt servato situ inter se, eaque respondere poterunt primum ipsis $A.B$ deinde ipsis $X.Y.$, nempe $3L.3M$ ♉ $6L.6M$. Sit $A \infty 3L.$, $B \infty 3M$, $X \infty 6L$, $Y \infty 6M$ fiet $A.B$ ♉ $X.Y$ Nihil autem prohibet esse $X \infty A$ unde fiet $A.B$ ♉ $A.Y$. Potest etiam esse $X \infty C$ datae, unde $A.B$ ♉ $C.Y$.

(44) Si $A.B$ ♉ $D.E$ et $B.C$ ♉ $E.F$ et $A.C$ ♉ $D.F$, erit $A.B.C$ ♉ $D.E.F$. Vid. fig. 16.

3 f. permutatione *(1)* A. B. ♉ C. Y. est propositio significans datis tribus punctis A.B.C. inveniri posse qvartum Y. cuius situs ad unum ex ipsis C. idem sit qvi situs reliqvorum duorum | A.B. *erg.* |, inter se *(a)* nempe *(b)* sive ut *(aa)* A.B sunt *(bb)* A ipsi C et B ipsi Y simul servato situ A.B. et C.Y. congruere possint Hinc seqvitur et A. B ♉ A. Y. posito C ∞ A. Ratio autem horum oritur ex natura spatii in qvo nihil *(aaa)* contingere *(bbb)* sumi potest, qvod non iterum sumi possit eodem plane modo, ita ut solum discrimen sit in loco. Idem per motum sic demonstratur, transferantur simul A.B. servato situ, et A qvidem incidat in locum ipsius C, utiqve B in cuiusdam puncti Y locum incidet. Eodem modo demonstratur A. B. ♉ *(aaaa)* X.Y. *(bbbb)* X.Y. *(2)* | (43) *erg.* | A. B ♉ X. Y. *L* 7 L.M *erg. L* 7 f. inter se | eaqve ... ipsis, X.Y. *erg.* |, nempe *(1)* A.B ♉ 3A.3B. sit 3A ∞ X et 3B ∞ Y *(2)* 3L.3M ♉ 6L.6M *L* 12–45,2 ♉ D.E.F vid. fig. 16. *erg.* | *(1)* Eodem modo si A.B ♉ E.F vel A.C ♉ E.G. et A.D. ♉ E.H et B.D ♉ *(2)* Nam *L*

fig. 16.



[*Fig. 20*]

Nam nihil aliud significat *A.B* ♉ *D.E* quam simul esse *A* ♉ *D* et *B* ♉ *E*. situ *A.B* et *D.E* servato. Eodem modo ex *B.C* ♉ *E.F* sequitur *B* ♉ *E* et *C* ♉ *F* situ *B.C* et *E.F* servato; et ex *A.C* ♉ *D.F* sequitur *A* ♉ *D* et *C* ♉ *F* situ *A.C* et *D.F* servato. Habemus ergo simul *A.B.C* ♉ *D.E.F* servato situ *A.B* et *B.C* et *A.C*., itemque servato situ *D.E* et *E.F* et *D.F* cum alias ex solis *A.B* ♉ *D.E* et *B.C* ♉ *E.F*. sequatur quidem simul *A* ♉ *D* et *B* ♉ *E* et *C* ♉ *F*. Sed servatis tantum sitibus *A.B* et *B.C* item *D.E* et *E.F* non vero exprimetur servari et situs *A.C* et *D.F*. nisi addatur *A.C* ♉ *D.F*.

Hinc jam principium habemus ratiocinationem ad plura etiam puncta producendi.

(45) Si sint *A.B* ♉ *B.C* ♉ *A.C* erit *A.B.C* ♉ *B.A.C* , vel alio ordine quocunque.

fig. 17



[*Fig. 21*]

2 significat *(1)* A.B.C. ♉ D.E.F qvam simul *(a)* congruere A *(b)* esse A ♉ D et *(2)* A.B. ♉ D.E. *L* 2 f. situ ... servato *erg. L* 3 C ♉ F. *(1)* et ex A.C ♉ D.F seqvitur A ♉ D. C ♉ F *(2)* situ *L* 4 ex A.C. ♉ | D.E. *ändert Hrsg.* | seqvitur *L* 9 f. producendi *(1)* Si A B. ♉ *(a)* B *(b)* C. D erit A. B ∼ C. D patet ex eo qvod congrua sint similia. *(2)* | (45) *erg.* | Si *L* 11–46,1 qvocunqve. *(1)* Nam qvia B.C. ♉ A.B. seu ♉ B.A. ergo simul congruent B.C et B.A. Nam transferatur A.B.C. | in (B).(A).(C). *erg.* | ita ut A.B incidat in locum ipsius (B).(A) qvod fieri potest, qvia A.B ♉ B.A seu A.B. ∞ (B).(A) et qvia B.C ♉ A.C et B ∞ (A) *(2)* Nam *L*

Erit $z \overset{(1)}{\text{aequ.}} \frac{r}{q}n$ eritque $\underset{n}{AC}$ ad $\underset{v}{AG}$ ut q ad $\sqrt{q^2-r^2}$ sive erit $v \overset{(2)}{\text{aequ.}} \frac{q}{\sqrt{q^2-r^2}}n$.

Porro ob triangula similia BFC. BGA erit $\underset{b}{AB}$ ad $\underset{v}{AG}$ ut $\underset{m}{CB}$ ad $\underset{d}{\text{CF}}$ ergo erit $v \overset{(3)}{\text{aequ.}} \frac{bd}{m}$ et duos valores aequando fiet: $mn \overset{(3)}{\text{aequ.}} \frac{\sqrt{q^2-r^2}}{q}bd$.

Porro $x+z \overset{(4)}{\text{aequ.}}\ m$ quanquam signa variari possint, prout G cadit intra B et C vel extra in alterutrum latus, quod tamen ut mox patebit nullam producit in calculo varietatem.

Ob triangula rectangula erit: $\frac{b^2d^2}{m^2} \overset{(5)}{\text{aequ.}}\ b^2-x^2$, et $\frac{b^2d^2}{m^2} \overset{(6)}{\text{aequ.}}\ n^2-z^2$.

Ergo aequando duos valores fiet: $b^2-n^2 \overset{(7)}{\text{aequ.}}\ x^2-z^2$ sive per 4 fiet $b^2-n^2 \overset{(8)}{\text{aequ.}}\ \overline{x-z}\,m$ vel $x-z \overset{(9)}{\text{aequ.}} \frac{b^2-n^2}{m}$. Unde aequationes 4 et 9 sibi invicem addendo et a se invicem subtrahendo fiet:

$2x \overset{(10)}{\text{aequ.}} +m+\frac{b^2-n^2}{m}$ et $2z \overset{(11)}{\text{aequ.}} +m+\frac{-b^2+n^2}{m}$ sive $z \overset{(12)}{\text{aequ.}} \frac{m^2-b^2+n^2}{2m}$. Quem valorem aequando valori ex aequ. 1 fiet: $m^2+n^2-\frac{2r}{q}mn \overset{(13)}{\text{aequ.}}\ b^2$ unde ob aequ. 3 fiet:

1 erit z $\overset{(1)}{\text{aeqv}}\ \frac{\text{r}}{\text{q}}\text{n}$ *erg.* *L* 1 erit *(1)* $\frac{\text{v}}{\cancel{\text{n}}} \overset{(1)}{\text{aequ}} \frac{\sqrt{\text{q}^2-\text{r}^2}}{\text{q}}\text{n}$ *(2)* v $\overset{(2)}{\text{aeqv}} \frac{\text{q}}{\sqrt{\text{q}^2-\text{r}^2}}\text{n}$ *L* 2 f. erit v *(1)* $\overset{(2)}{\text{aequ}}$ *(2)* $\overset{(3)}{\text{aequ}}\ \frac{\text{bd}}{\text{m}}$ *(a)* qvam aeqvationem *(b)* et *L* 3 f. $\frac{\sqrt{\text{q}^2-\text{r}^2}}{\text{q}}\text{bd}$ *(1)* Rursus ob eadem triangula similia erit *(2)* Porro *L*

$$m^2 + n^2 - \tfrac{2r}{q}mn \pm 2mn \overset{(14)}{\text{aequ.}}\ b^2 \dagger \frac{2r\sqrt{q^2 - r^2}}{q^2}bd \pm \frac{2\sqrt{q^2 - r^2}}{q}bd$$

$$\text{sive}\quad m + n \overset{(15)}{\text{aequ.}}\ \dagger \sqrt{b^2 + \frac{\overline{2r + 2q}\sqrt{q^2 - r^2}}{q^2}bd}$$

$$\text{et}\quad m - n \overset{(16)}{\text{aequ.}}\ (\dagger) \sqrt{b^2 + \frac{\overline{2r - 2q}\sqrt{q^2 - r^2}}{q^2}bd}$$

et quia nihil refert quaenam sit longitudo ipsius q. modo ratio r ad q sit data, faciamus $q \overset{(17)}{\text{aequ.}} \sqrt{bd}$ et fiet:

$$2m \overset{(18)}{\text{aequ.}}\ \dagger \sqrt{b^2 + \overline{2r + 2q}\sqrt{q^2 - r}}\,(\dagger)\sqrt{b^2 + \overline{2r - 2q}\sqrt{q^2 - r^2}}$$

$$2n \overset{(19)}{\text{aequ.}}\ \dagger \sqrt{\phantom{b^2 + \overline{2r + 2q}\sqrt{q^2 - r}}}\,(\ddagger)\sqrt{\phantom{b^2 + \overline{2r - 2q}\sqrt{q^2 - r^2}}}$$

et scribendo per compendium $m \overset{(20)}{\text{aequ.}} \dagger \odot (\dagger)$ ☽ et $n \overset{(21)}{\text{aequ.}} \dagger \odot (\ddagger)$ ☽ faciendoque $+\odot +$ ☽ $\overset{(22)}{\text{aequ.}}$ ♀ itemque $+\odot -$ ☽ $\overset{(23)}{\text{aequ.}}$ ☿ patet fore

vel	m	aequ.	$+\odot$	et	n	aequ.	$+$ ☽
vel	m	aequ.	$+$ ☽	et	n	aequ.	$+\odot$
vel	m	aequ.	$-\odot$	et	n	aequ.	$-$ ☽
vel	m	aequ.	$-$ ☽	et	n	aequ.	$-\odot$

adeoque aequatio quatuor quidem habebit radices, sed tamen non nisi unicum erit triangulum, quod satisfaciet quaestioni, permutatis tantum laterum significationibus, itemque sumendo ab utraque baseos parte. Quatuor itaque Triangula satisfacientia quaestioni super eadem basi positione data collocari possunt, omnia congrua inter se, $AB1C$. $AB2C$. $AB3C$. $AB4C$.

3 f. $(\dagger)\sqrt{\mathrm{b}^2 + \frac{\overline{2\mathrm{r} - 2\mathrm{q}}\sqrt{\mathrm{q}^2 - \mathrm{r}^2}}{\mathrm{q}^2}\mathrm{bd}}$ *(1)* Unde statim habetur tam m. qvam n. sed ut constructio fiat commodior, ponamus q aequ $\sqrt{\mathrm{bd}}$, seu q^2 aequ. bd, id est qvaeratur media proportionalis inter AB. BD. qvae vocetur q. nihil enim refert qvalis sit q. modo ratio ipsius r ad q. sit data q et r. in una ponantur recta HTSP. ita ut HS sit q. *(a)* et SP sit r et *(b)* et SP sit r. itemqve ST erit HT, q − r. et HP, erit *(aa)* q + s *(bb)* q + r *(2)* et qvia *L*



[*Fig. 2*]

Quod clarius patet rudi exemplo in numeris. Sit b basis aequ. 14, altitudo d aequ. $6\dfrac{1}{2}$ erit q seu $\sqrt{bd}$ aequ. circiter $9\frac{1}{3}$ et r sit $2\frac{1}{2}$, fiet $\sqrt{q^2-r^2}$ aequ. 9. $2r+2q$ aequ. $23\dfrac{2}{3}$.

$\overline{2r+2q}\ \sqrt{q^2-r^2}$ sit 213.

$\sqrt{\ldots\ldots\ldots\ldots}$ aequ. $14\dfrac{1}{2}$ seu $\sqrt{213}$

$2r-2q$ aequ. $-13\frac{2}{3}$

$\overline{2r-2q}\ \sqrt{q^2-r^2}$ aequ. 123 et

$\sqrt{\ldots\ldots\ldots\ldots}$ aequ. 11 seu $\sqrt{213}$

$m+n$ seu $\sqrt{b^2+\overline{2r+2q}\ \sqrt{q^2-r^2}}$ aequ. † $20\frac{1}{2}$

$m-n$ seu $\sqrt{b^2+\overline{2r-2q}\ \sqrt{q^2-r^2}}$ aequ. † $8\frac{1}{2}$

Hinc jam, si	†	sit	+	et	(†)	sit	+	erit	m	aequ.	$14\dfrac{1}{2}$,	n	aequ.	6
	†		+		(†)		$-$		m		6	n		$14\dfrac{1}{2}$
	†		$-$		(†)		$-$		m		$-14\dfrac{1}{2}$	n		-6
	†		$-$		(†)		+		m		-6	n		-$14\dfrac{1}{2}$

Constructio ipsa ita absolvetur.

Basi AB producta in D ut sit BD aequalis altitudini describatur semicirculus circa ABD cujus peripheriae ex. B erecta ad angulos rectos BQ occurrat in Q. Erit BQ. q. aequ. $\sqrt{bd}$.

Ponatur jam angulo ad verticem datus esse aequalis BQR et ex B in QR demittatur perpendicularis BR, erit RQ, r. Sit recta in qua hoc ordine designentur puncta $PH\gamma EW$ sitque PH aequ. HW aequ. $q+r$ et HE aequ. $q-r$. Circa diametrum PE describatur semicircumferentia cui ex H normaliter erecta occurrat $H\alpha$ quae erit $\sqrt{q^2-r^2}$ seu media proportionalis inter PH (seu $q+r$) et HE (seu $q-r$). Porro recta WP producatur ultra P usque ad β, ut fiat $P\beta$ aequ. $H\alpha$ seu $\sqrt{q^2-r^2}$. Et cum ex constructione sint PH aequ. $q+r$ et HE aequ. $q-r$, erit PE aequ. $2q$. Unde detrahatur $E\gamma$ aequ. $2r$, restabit $P\gamma$ aequ. $2q-2r$.

Jam rectis $\beta\gamma$ et βW velut diametris imponantur ad easdem partes semicircumferentiae $\beta\theta\gamma$. $\beta\delta W$. quae secabunt rectam $P\theta\delta$ ex P normaliter eductam in punctis θ et δ. Erit $P\theta$ med. prop. inter βP seu $\sqrt{q^2-r^2}$, et $P\gamma$ seu $2q-2r$, id est erit $P\theta$ aequ. $\sqrt{\overline{2q-2r}\sqrt{q^2-r^2}}$ et similiter erit $P\delta$ media prop. inter βP seu $\sqrt{q^2-r^2}$ et PW seu $2q+2r$, id est erit $P\delta$ aequ. $\sqrt{\overline{2q+2r}\sqrt{q^2-r^2}}$. Jam ipsa $P\delta$ transferatur in $B\lambda$ sumtam in BQ si opus producta jungaturque $A\lambda$, quae erit $\sqrt{b^2+\overline{2q+2r}\sqrt{q^2-r^2}}$ aequ. $m+n$, cujus punctum medium sit π. Rursus basi AB velut diametro imponatur semicircumferentia $A\mu B$. et ejus arcui $A\mu$ subtendatur recta $A\mu$ aequalis ipsi $P\theta$. Jungatur $B\mu$ quae erit $\sqrt{b^2+\overline{2q-2r}\sqrt{q^2-r^2}}$ aequ. $m-n$. Hujus parti dimidiae sumantur in recta $A\lambda$ aequalis $\pi\omega$ versus A, et $\pi\xi$ versus λ eritque $A\xi$ aequ. m et $A\omega$ aequ. n, vel contra habenturque latera Trianguli quaesita m seu BC et n seu AC. Quod faciendum erat.

Atque haec est Constructio, qualem hic Algebra recte atque ordine tractata offert. Satis adhuc commoda prae aliis quae ex Algebra plerumque prodire solent. Sed ipsa

1 f. absolvetur *(1)* positis in directum AB basi, et BD qvae altitudini sit aeqvalis circa *(2)* Rec *(3)* Basi *L* 20 f. jungatur | Pμ *ändert Hrsg.* | qvae *L* 22 Aξ aeqv. m *(1)* vel n et Aω aequ. n vel m *(2)* et *L* 24 Constructio, *(1)* qva meliorem ex Algebra ordine tractata, qvalis hactenus tradita est, erui neqvit. Nam etsi variis aliis modis incognitae qvaeri calculusqve institui *(2)* qvalem *L*

Geometria quae figuris contemplandis immoratur, primo intuitu exhibet constructionem qua simplicior ne quidem optari potest, et cui prior comparari indigna est.



[*Fig. 3*]

Nimirum Angulo dato E subtendatur basis data AB et per tria puncta A. E. B. describatur arcus circuli. Ex AB educatur normaliter BD ad partes E quae sit altitudo Trianguli quaesiti data, et per D ducatur parallela ipsi BA secans arcum in punctis C et (C) eruntque Triangula ACB, $A(C)B$ quaesita.

1 qvae *(1)* solas | ipsas *erg.* | figuras contemplatur offere nobis nullo negotio *(2)* figuris contemplandis immoratur *(a)* | primo intuitu *erg.* | aliam exhibet | cui prior comparari indigna est *erg.* | multo meliorem, et naturae magis consentaneam.



Circa angulum datum LMN describatur segmentum Circuli qvodcunqve NML. qvod eum capiat, sive *(aa)* per similis *(bb)* per tria puncta NML describatur arcus circuli cuius centrum sit P. Jungantur NP. LP et his si opus productis accommodetur recta AB aeqvalis basi datae, parallela ipsi NL centroqve P radio PA describatur segmentum *(aaa)* BQRA *(bbb)* ABC *(ccc)* ACB. simile segmento *(aaaa)* NML. sit B *(bbbb)* LMN. ex B erigatur BD normalis ipsi AB ad partes Q. | qvae BD sit altitudo trianguli qvaesiti data *erg. u. gestr.* | ducaturqve DQR parallela ipsi AB secans arcum segmenti in C et (C) eruntqve triangula *(aaaaa)* BQA. BRA. ARB. *(bbbbb)* ABC. AB(C) qvaesita *(b)* primo *L*

Facile autem praevidere possumus problema si per Algebram tractetur necessario assurgere debere ad gradum quartum; sunt enim quatuor Triangula (etsi omnia congrua inter se) duo ab uno latere rectae AB, totidemque ab altero quae satisfaciunt.



[*Fig. 4*]

1–76,5 Facile ... ducunt *gestr. u. mit* Haec non delenda *wieder gültig gemacht. Darunter Figur mit Nebenrechnungen*



$(\mathrm{BL}^2) + \mathrm{RL}^2 \mathrm{aeqv} \mathrm{RB}^2$

$\dfrac{\mathrm{CP}}{\mathrm{PN}} \sqcap \dfrac{\mathrm{MB} \sqcap \mathrm{RL}}{\mathrm{MN}} \sqcap \dfrac{(\mathrm{CQ})}{\mathrm{BQ}}$

$\mathrm{CP}^2 + \mathrm{NR}^2 \sqcap \mathrm{CR}^2 \sqcap \mathrm{RB}^2$

$\mathrm{RL} \sqcap \dfrac{\mathrm{MN}}{\mathrm{BQ}}(\mathrm{CQ}) \sqcap \sqrt{\mathrm{RB}^2 - (\mathrm{BL}^2)}$

$\mathrm{CP} + \mathrm{PQ} \sqcap (\mathrm{CQ})$ *gestr. L*
MB
RL

At si quis quaereret ipsam $C(C)$ ei nasceretur tantum aequatio quadratica, denique si quis quaerat RC radium Circuli is difficulter quidem ad aequationem perveniet, sed aequatio non nisi unicam habebit radicem pro omnibus quatuor Triangulis, adeoque hoc modo fiet omnium simplicissima. Sed haec omnia tamen ad constructionem nostram recta non ducunt.

8 (40836). DETERMINATIO EX DATIS
[1685 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 11 Bl. 21. 1 Bl. 8°. 2 S. Textfolge Bl. 21 v°, 21 r°. — Gedr.: 1. Echeverría, *La caractéristique*, Teil 2, 1979, S. 246–247.

Datierungsgründe: **[noch]**



[*Fig. 1*]



[*Fig. 2*]

$ABD \text{ ♉ } ABE.$ $\left\{\begin{matrix} AD \text{ ♉ } AE \\ BD \text{ ♉ } BE \end{matrix}\right.$ $\left.\begin{matrix} BH \text{ ♉ } BL \\ BH \text{ ♉ } BL \end{matrix}\right\}.$ $BFH \text{ ♉ } BFL.$ $\left.\begin{matrix} CD \text{ ♉ } CE \\ FD \text{ ♉ } FE \end{matrix}\right\}.$ $BFD \text{ ♉ } BFE.$

$ABFD \text{ ♉ } ABFE$. $ABFH \text{ ♉ } ABFL$. $ABCFD \text{ ♉ } ABCFE$.

$BFGH \text{ ♉ } BFGL$. $ABCFD \text{ ♉ } ABCFE$. $ABGFH \text{ ♉ } ABGFL$.

$ABCFD \text{ ♉ } ABCFE$. $ABFH \text{ ♉ } ABFL$. Ergo $ABCFDH \text{ ♉ } ABCFEL$.

$BCD \text{ ♉ } BCE$. $BFD \text{ ♉ } BFE$. $BFH \text{ ♉ } BFL$. Determinatur D. E ex datis B. C. F, sed H. L determinatur ex BF.

C. est ad D ut ad E et F est ad D ut ad E. Ergo $CFD \text{ ♉ } CFE$. $BFH \text{ ♉ } BFL$. $BCE \text{ ♉ } BCD$.

9 (40837). RECTAE PROPRIETATES
[1685 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 11 Bl. 22. 1 Bl. 4°. Brieffaltung. 1 S. auf Bl. 22 r°. Überschrift auf Bl. 22 v°. — Gedr.: 1. ECHEVERRÍA, *La caractéristique*, Teil 2, 1979, S. 248 bis 249.

Datierungsgründe: **[noch]**

Rectae proprietates

Duae rectae quae in duobus punctis conveniunt productae omnino conveniunt.



[*Fig. 1*]

Puncta omnia ut B et C aliaque infinita in eandem rectam cadere definio, si assignari possunt duo puncta D. E., et punctum quodlibet quod in rectam cadere dicitur ut B, eodem modo situm est ad D, quo ad E, ita ut BD sit ♉ BE. Eodemque modo sit CD ♉ CE.

10 omnia ... infinita *erg.* *L*   10 definio *(1)* qvae ad duo | bina *erg.* | puncta positio *(2)* si in unoqvoqve *(a)* reperiatur *(b)* ut B. reperiatur, ipsum B eodem mod *(3)* si *L*

Sit jam etiam FD ♉ FE. Ergo $FBCD$ ♉ $FBCE$. Punctis omnibus per lineas rigidas connexis immotisque BC. circumagatur D. E quiescet F quia eodem modo ad D quod ad E. Ponatur idem F esse etiam modo ad H quo ad E itemque B. Ergo quiescere F et B, ergo per dicta quiescente FBC. circumagatur H. E situ servato. Ergo H ad C ut E ad C.

1 FBCE *(1)* situ ipsorum BC manente immoto *(2)* punctis *L*

10 (40848). DE PERFECTIONE CHARACTERISTICAE NOVAE [1679 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 11 Bl. 48–49. 1 Bog. 2°, aus dem der Zettel LH 35 I 11 Bl. 39 (40843) oben aus Bl. 48 herausgeschnitten wurde. 4 S. halbbrüchig beschrieben. — Gedr.: 1. Echeverría, *La Caractéristique*, Teil 2, Paris 1979, S. 264–272; 2. Echeverría / Parmentier, *La caractéristique*, 1995, S. 246–255 (mit frz. Übers.).

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist von 1678–1682 belegt. [**noch**]

Ut Characteristica nova pro Situ et Motu exprimendo a me excogitata, perficiatur, quaedam sunt distinctius exponenda, nonnulla etiam demonstranda.

Punctum omne alteri cuicunque puncto congruit sive $A \between B$, seu $Y \between Z$.

Ergo omnia puncta congruunt uni eodemque seu $Y \between A$. Quia pro Z id est quocunque puncto substitui potest propositum punctum A.

Puncta duo quaelibet inter se habent situm, seu inter datur via ab uno ad aliud. Hunc puncti A situm ad aliud punctum B, vocabo $A.B$. Idem est ac si dicas duo puncta proposita posse intelligi extrema cujusdam extensi ipsa connectentis.

Hinc patet omnia puncta intelligi posse in uno eodemque extenso quod est extensum illimitatum seu absolutum, nempe spatium, in quo scilicet nihil aliud quam extensio, et proinde aliorum assignabilis in ipso situs intelligi potest, ipsum autem alicubi situm esse intelligi non potest. Punctum vero contra est id in quo non nisi situs intelligi potest, seu punctum est simplicissimum quod in extenso potest intelligi.

Quia igitur omnia totius universi puncta inter se congruunt, et omnia puncta possibilia sunt in spatio illimitato, hinc spatium illimitatum erit locus omnium punctorum dato puncto congruentium, id est locus omnium punctorum absolute, quod speciose exprimendo, esto congruentia $Y \between A$. et locus omnium Y. erit spatium illimitatum.

Diximus propositis duobus punctis esse aliquem inter ipsa situm. Is autem utique est determinatus. Ita enim definio s i t u m ut sit aliqua duorum relatio quoad extensionem

10 omne *(1)* omni *(2)* alteri *L* 16 omnia | totius mundi *gestr.* | puncta *L* 17 f. extensio, *(1)* et aliorum possibilis *(2)* et proinde *L* 19 f. seu | punctum est *erg.* | simplicissimum *L* 24 f. illimitatum *(1)* Sit *(2)* Cum sit situs aliqvis seu via inter duo qvaelibet puncta *(3)* Diximus *L* 25 situm. *(1)* ⟨Cui⟩ *(2)* cumqve determinatum *(3)* Cum vero *(4)* is *L* 26 duorum *(1)* punctorum relatio ex sola ipsa in Spa *(2)* relatio *L*

ex ipsorum coexistentia determinata. Relatio autem quae determinatur ex sola duarum rerum natura seu coessentia quoad magnitudinem earum est ipsa earum r a t i o .

Nec dubitari potest an horum respectu aliquid sit determinatum, ex omnibus enim determinate assumtis, exempli gratia duobus extensis, et secundum determinatum aliquid cujusque scilicet magnitudinem, vel ⟨coex⟩istentiam, sive positionem, vel aliud quiddam consideratis determinato modo, verbi gratia omnium simplicissimo, necesse est emergere determinatam aliquam considerationem, cujus objectum est illa quae dixi relatio. Vel clarius et brevius: Quia duo nunc existunt, etiam sibi coexistunt; et quia existunt determinato modo, etiam sibi coexistunt determinato modo; isque modus cum sit determinatus omnino, erit et determinatus respectu extensionis determinate assumtae. Is autem modus est situs, ergo determinatus est situs.

Hinc cum in punctis nihil aliud intelligi possit quam eorum existendi modus respectu extensionis determinatus, sive p o s i t i o (s i t u s enim est quasi com-positio plurium) patet in duobus punctos coexistentibus nihil aliud determinatum ex eorum vel coessentia vel coexistentia posse intelligi quam situm inter ipsa. Comparationem enim, aliam, quoniam omnia inter se congruunt non habent. Itaque scribendo $A.B.$ exprimetur relatio puncti A, ad punctum B, quae nulla potest alia utiliter intelligi, quam eorum situs. Proinde $A.B$ erit punctorum A et B inter se situs.

Cum duo proposita puncta sint in uno eodemque spatio illimitato, erunt etiam in uno aliquo spatio limitato. Cum enim eorum coexistentia sit determinata, etiam spatium in quo existunt sufficit esse limitatum, et manifestum est posse coexistentiam eorum intelligi, etsi quaedam in spatio illo illimitato existentia, non considerentur. Unde intelligi potest duo puncta quaelibet extenso aliquo connecti per quod scilicet continue ab uno ad alterum veniri potest; sive esse ab uno ad alterum viam.

Potest differens esse diversorum punctorum inter se situs seu potest $A.B.$ diferre a $C.D.$ Seu datis punctis duobus situm inter se habentibus $A.B$ dari possunt duo aliqua situm alium inter se habentia $Y.Z.$ Alioqui enim necesse erit omnia puncta coincidere

2 natura *(1)* qvoad coextensionem *(2)* seu *L* 4 duobus *(1)* punctis *(2)* extensis *L* 8 duo *(1)* extensa *(2)* nunc *L* 11 f. situs *(1)* Sed via a puncto ad punctum non *(2)* Hinc *L* 12 eorum *(1)* existentia *(2)* existendi *L* 14 patet *(1)* in puncto nihil aliud prius intelli *(2)* in *L* 14 f. vel coessentia vel *erg.* *L* 22 qvaedam *(1)* spatii remo *(2)* puncta aut partes, removeam *(3)* in *L* 24 f. viam. *(1)* Est enim punctum Mobile seu cum situs eius ad alium punctum possit esse alius atqve alius *(2)* Potest *(a)* diversus *(b)* differens *L* 26 C.D. *(1)* Imo *(2)* p⟨r⟩ *(3)* necesse est *(4)* seu *L* 26 possunt *erg.* *L* 27 puncta *(1)* congruere *(2)* coincidere *L*

inter se, seu omnia puncta esse unum et idem. Nam quod unum punctum A alteri alicui C non coincidat, non potest aliter demonstrari, quam quod aliud quoddam punctum datur, B, cujus respectu diversum habent situm, ita ut $A.B.$ non ♉ $C.B.$

Potest puncti ad punctum situs mutari patet ex praecedenti. Potest enim alterius puncti alius esse situs, quam hujus, ergo et hujus ipsius alius quam nunc est, quia ab altero nulla in re differt, itaque quod alteri possibile est, etiam ipsi possibile est.

Locus rei est in quo ipsa sita est, res autem in alia esse intelligitur hoc loco, si omne extremum ejus extremo parti alterius congruit. Est autem omne extremum puncti, lineae superficiei, ipsum punctum linea superficies.

Puncta Extensi determinati habent inter se situm determinatum. Ergo duo puncta determinato extenso connexa habent inter se situm determinatum.

Dari possunt duo puncta eum habentia situm inter se, quem habent duo alia inter se, ut $A.B$ ♉ $C.D$. Alioqui poterit demonstrari ipsa coincidere: sed hoc admisso quaero utrum demonstretur hinc A ♉ C et B ♉ D an A ♉ D et B ♉ C. Nulla enim reddi potest ratio cur unum potius quam alterum. Ergo vel non sequitur inde coincidentia, vel sequitur omnia quatuor sibi coincidere. Verum ex una congruentia quatuor rerum congruentiae concludi non possunt. Assertio haec nihil aliud significat, quam extensum aliquod posse moveri seu extensum ex loco cujus termini A et B posse transferri in locum cujus termini C et D. idque ex eo etiam ostendi potest quod spatium illimitatum est indifferens respectu extensi propositi. Eodem modo probatur mille dari posse puncta, eum habentia situm inter se,

1 f. punctum | A *erg.* | alteri *(1)* B *(a)* no⟨n⟩ *(b)* alicui *(2)* alicui C non *(a)* congruat *(b)* coincidat *L* 6 f. possibile est. *(1)* itaqve possibile est: A.B non ♉ (A).B *(2)* Locus *(a)* est situs *(b)* rei *L* **7** sita est, *(1)* seu qvae alicuius rei pars, aut partis extremum est *(2)* res *L* 11 f. determinatum *(1)* Dari possunt plura puncta eundem situm habentia ad unum eundemqve, seu AB ♉ AC. possunt duo *(a)* pun *(b)* qvaedam puncta eum habere situm inter se, qvem habent duo qvaedam alia inter se, ut A.B ♉ C.D. Cum enim nulla in illis possit reddi ratio diversitatis duo enim puncta solo numero differunt, seu sunt per se indiscernibilia. *(2)* itaqve | etiam *gestr.* | dari possunt duo puncta eundem *(a)* inter se *(b)* situm | datum *erg.* | habentia, ad unum idemqve punctum | datum *erg.* |, ut B potest eum situm habere ad A, qvem C habet ad A, licet B et C non coincidant. Nam compatibilia sunt hae duo, *(aa)* A habere *(bb)* A habere eundem situm et ad B et ad C. sed D habere diversum situm ad B qvam ad C Qvod satis est ut B et C non coincidant. Hoc idem est ac si dicam posse moveri extensum uno licet puncto manente immoto. Alioqvi ex hac veritate A.B ♉ A.C. demonstrari poterit B ♉ C. seu B.C ♉ A.A *(aaa)* Cuius demonstrationis *(bbb)* qvalis demonstratio *(aaaa)* esse non *(bbbb)* principium nullum habet. *(3)* dari *L* 18 extensum *(1)* cuius termini A.C. posse transferri *(a)* in ali *(b)* in locum B.C. seu ter *(2)* ex *L*

quem habent milla alia inter se. Itaque sic scribi potest: $A.B.C.D.$ etc. ♉ $(A).(B).(C).(D).$ (etc) vel $A.B.C.D$ etc. ♉ $yA.yB.yC.yD.$

Dari potest punctum A, quod ad duo puncta data $B.C$ situm habet eundem datum. Item dari potest punctum C quod ad punctum datum A eum habeat situm (datum), quem punctum datum B habet ad punctum A. Seu si sit: $A.B$ ♉ $D.C$ (quod possibile est per praecedentem sine coincidentia) et A ♉ D (sive $A.A$ ♉ $A.D$) non ideo sequitur esse B ♉ C. sive B et C coincidere. Alioqui sequeretur ex hoc uno $A.B.C.D.$ etc. ♉ $L.M.N.O.$ etc. et A ♉ L. fore B ♉ M. et C ♉ N. et D ♉ O, etc.; par enim omnium ratio est seu fore $A.B.C.D$ etc. ♉ $L.M.N.O$ etc.

Ex motu hoc potest demonstrari. Sint enim duo corpora congrua quidem sed non coincidentia, $ABCD$. $LMNO$. eaque ita moveantur donec puncta L. et A. coincidant (porro autem L. et A. esse homologa seu respondentia quod patet ex ipsa dispositione literarum) seu ut fiat A ♉ L. Patet hoc fieri posse corporibus sese tangentibus in A et L tantum, licet non coincidentibus. Sine motu res patet ex solo tactu, si ponamus duo corpora congrua nullam partem coincidentem habentia se in puncto aliquo tangere, et duo puncta contactus esse respondentia. Potest etiam intelligi corpus unum ab alio multo majore tangi, et ex majore rejectis superfluis exsculpi aliquod congruum minori et congrue positum ad punctum contactus. Sed analytica et generalissima harum possibilitatum demonstratio ex eo satis habetur, si analysi sufficiente facta, patet demonstrari contrarium non posse.

Via puncti est linea. Via est locus continuus successivus. Ex his patet duarum linearum concursum esse punctum cum scilicet duo puncta mota sibi occurrunt. Potest tamen fieri, ut duae lineae habeant partem communem, et tunc sunt eatenus una linea. Sed haec suo loco discutiemus accuratius.

Recta est linea ex duobus punctis determinata.

Sphaerae centrum esse unicum ostendendum est. Ostendetur autem vel ex eo quod quatuor punctorum centrum est unicum; seu quatuor sphaerarum intersectio est punctum unicum. Hoc vero ex eo ostendemus, quod duarum rectarum intersectio est punctum unicum. Ex quo patet etiam, ex datis quatuor punctis determinatam esse sphaeram. Seu

8 par ... est *erg.* L 14 tantum, *(1)* non vero *(2)* licet L 18 generalissima *(1)* horum demonstratio *(2)* harum *(a)* negativarum *(b)* possibilitatum L

datis quatuor punctis, quorum tria non sunt sita in eandem recta, posse sphaeram reperiri cujus superficies per ipsa transit.

Ex definitione lineae rectae, quae sit AB. seu determinatum ex duobus punctis A. et B. demonstratur etiam rectae quodlibet punctum ad tria aliqua puncta C, D, E eodem modo se habere, posito illa A eodem modo se habere ad C et D et E, itemque B quoque ad ea se habere eodem modo. Nam et hoc quod ex his duobus determinatur eodem modo se ad haec tria habet. Similis demonstratio pro plano. Nam cum sit determinatum ex tribus punctis A et B et C et horum trium quodlibet eodem modo se ad duo puncta data habere possit (non ad tria, nisi $A.B.C.$ cadant in unam rectam) etiam quod ex his determinatur.

3–6 *Dazu am Rand:* NB.

1 punctis, *(1)* qvae non sunt sita in plano eodem ead *(2)* qvorum *L*

11 (40849). DE COINCIDENTIA ET SITUS DETERMINATIONE [1679 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 11 Bl. 51–52. 1 Bog. 2°, von dem die rechte Hälfte von Bl. 52 abgetrennt wurde. 1 S. auf Bl. 51 r°, untere zwei Drittel halbbrüchig beschrieben. — Gedr.: ECHEVERRÍA, *La Caractéristique*, Teil 2, Paris 1979, S. 250–254.

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist von 1678–1682 belegt. [**noch**]



[*Fig. 1*]

Duae rectae quae duo puncta habent communia productae coincidunt:

$A.Y \overset{(1)}{\mathrel{\text{♉}}} B.Y. \mathrel{\text{♉}} C.Y \qquad D.X \overset{(2)}{\mathrel{\text{♉}}} E.X \mathrel{\text{♉}} F.X.$

$(A.XY \mathrel{\text{♉}} B.XY \mathrel{\text{♉}} C.XY \quad D.XY \mathrel{\text{♉}} E.XY \mathrel{\text{♉}} F.XY.)$

$AG \overset{(3)}{\mathrel{\text{♉}}} BG \mathrel{\text{♉}} CG. \qquad DG \overset{(4)}{\mathrel{\text{♉}}} EG \mathrel{\text{♉}} FG$

$AH \overset{(5)}{\mathrel{\text{♉}}} BH \mathrel{\text{♉}} CH \qquad DH \overset{(6)}{\mathrel{\text{♉}}} EH \mathrel{\text{♉}} FH$

Hinc probari debet, esse,

$AX \mathrel{\text{♉}} BX \mathrel{\text{♉}} CX$ et esse $DY \mathrel{\text{♉}} EY \mathrel{\text{♉}} FY$

Ex 3 et 5 fit: $AGH \overset{(7)}{\mathrel{\text{♉}}} BGH \mathrel{\text{♉}} CGH$

Ex 4 et 6 fit: $DGH \overset{(8)}{\mathrel{\text{♉}}} EGH \mathrel{\text{♉}} FGH$





[*Fig. 2*]

EH ♉ DH EG ♉ DG
EGH ♉ DHG
AGH ♉ BGH
AH ♉ BH AG ♉ BG
HD ♉ HE GD ♉ GE
Ergo AD ♉ BE quia $D.E$ determinatu⟨r⟩ per priora

$$GD.HD$$
$$GE.HE$$

et quae per congrua determinantur congrua sunt.
Ergo $AGHD$ ♉ $BGHE$.

Nam si modus determinandi situm D ad A. congruit modo determinandi situm E ad B, tunc DA erit ♉ BE. Haec regula pulcherrima est summique usus. Nam situi eae congruunt et earum extrema congruunt. Hinc quia quaelibet puncta ad data duo puncta in eodem plano eodem modo se habentia cadunt in eandem rectam Hinc sequitur puncta quaelibet eodem modo se habentia ad $D.E.$ etiam eodem modo se habere ad $A.B.$ adeoque omnia cadere in unam rectam. Sed demonstrandum prius duas rectas datas cadere in idem planum; si habeant punctum commune.

Ex hoc quod duae rectae non habent nisi unum punctum commune, demonstratur quod intersectio rectarum sit punctum, seu quod si sit AY ♉ BY ♉ CY ♉ DY, Y est unicum. Eodem modo erit etiam punctum unicum si intersectio quaeratur trium planorum. Item si quaeratur intersectio trium sphaerarum, item sphaerarum duarum et unius plani, item planorum duorum et unius sphaerae. Id est intersectio circuli et rectae dat punctum, licet duplex. Quod intersectio duorum circulorum determinet unum punctum hoc videtur natura prius eo, quod intersectio rectarum id faciat; ideo et punctum D. ex puncto A determinari per circulares $G.D$ et $H.D$ quae in plano se intersecantes dant unum punctum. Demonstrandum ergo prius esse aliquod centrum in circulo ex quo in plano is describatur. Et necesse est id facere antequam sermo sit de recta. Quia hoc ipsum probandum quod determinatum sit punctum D ex duobus sitibus GD. HD ab uno latere in eodem plano.

12 (40852). DE ANALYSI SITUS [1693 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 12 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 S. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 5, 1858, S. 178–183.

Datierungsgründe: [noch]

De Analysi Situs

Quae vulgo celebratur Analysis mathematica, est magnitudinis, non situs; atque adeo directe quidem et immediate ad Arithmeticam pertinet, ad Geometriam autem per circuitum quendam applicatur. Unde fit ut multa ex consideratione situs facile pateant, quae calculus Algebraicus aegrius ostendit. Problemata Geometrica ad Algebram, id est quae figuris determinantur ad aequationes revocare res non raro satis prolixa est, et rursus alia prolixitate difficultateque opus est, ut ab aequatione ad constructionem, ab Algebra ad Geometriam redeatur, saepeque hac via non admodum aptae prodeunt constructiones nisi feliciter in quasdam non praevisas suppositiones assumtionesve incidamus. Hoc ipse Cartesius tacite fassus est, cum lib. 3. Geometriae suae problema quoddam Pappi resolvit. Et sane Algebra sive numerica sive speciosa, addit, subtrahit, multiplicat, dividit, radices extrahit, quod utique arithmeticum est. Nam ipsa Logistica, seu scientia magnitudinis proportionisve in universum, nihil aliud tractat quam numerum generalem seu indeterminatum, et has in eo species operandi quoniam Magnitudo revera determinatarum partium multitudine aestimatur, quae tamen manente re variat, prout alia aut alia Mensura vel Unitas assumitur. Unde mirum non est, Scientiam Magnitudinis in universum esse Arithmeticae genus, cum agat de numero incerto.

Habebant Veteres aliud Analyseos genus, ab Algebra diversum, quod magis ad situs considerationem accedit, tractans de Datis et de Sedibus quaesitorum seu Locis. Et huc tendit Euclidis libellus de *Datis*, in quem Marini Commentarius extat. De Locis vero planis, solidis, Linearibus actum est cum ab aliis, tum ab Apollonio, cujus propositiones Pappus conservavit, unde recentiores Loca plana solidaque restituerunt. Sed ita, ut veritatem magis quam fontem doctrinae veteris ostendisse videantur. Hoc tamen Analyseos genus neque ad calculum rem revocat, neque etiam producitur usque ad prima principia atque Elementa situs, quod ad perfectam Analysin necesse est.

Vera igitur Situs Analysis adhuc supplenda est, idque vel ex eo constat, quod omnes Analytici, sive Algebram exerceant novo more, sive data et quaesita ad veterem formam tractent, multa ex Geometria elementari assumere debent, quae non ex magnitudinis sed figurae consideratione deducuntur neque determinata quadam via hactenus patent. Euclides ipse quaedam axiomata satis obscura sine probatione assumere coactus est, ut caetera procederent. Et Theorematum Demonstratio solutioque problematum in Elementis magis aliquando apparet, laboris opus quam methodi et artis, quanquam et interdum artificium processus suppressum videatur.

Figura in universum praeter quantitatem continet qualitatem seu formam; et quemadmodum a e q u a l i a sunt quorum eadem est magnitudo, ita s i m i l i a sunt quorum eadem est forma. Et similitudinum quidem seu formarum consideratio latius patet quam mathesis, et ex Metaphysica reperitur, sed tamen in Mathesi quoque multiplicem usum habet, inque ipso Calculo Algebraico prodest, sed omnium maxime similitudo spectatur in sitibus seu figuris Geometriae. Itaque Analysis vere Geometrica non tantum aequalitates spectat et proportionalitates, quae revera ad aequalitates reducuntur; sed similitudines etiam, et ex aequalitate ac similitudine conjunctis natas congruentias adhibere debet.

Causam vero cur similitudinis consideratione non satis usi sunt Geometrae, hanc esse arbitror, quod nullam ejus notionem generalem haberent satis distinctam aut ad Mathematicas disquisitiones accommodatam, vitio philosophorum, qui definitionibus vagis et definito obscuritate paribus, in prima praesertim philosophia contenti esse solent, unde mirum non est sterilem esse solere doctrinam illam et verbosam. Itaque non sufficit similia dicere, quorum eadem forma est, nisi f o r m a e rursus generalis notio habeatur. Comperi autem, instituta qualitatis vel formae explicatione rem tandem eo devenire, ut s i m i l i a sint, quae singulatim observata discerni non possunt. Quantitas enim sola rerum compraesentia seu applicatione actuali interveniente deprehendi potest, qualitas aliquid menti objicit, quod in re separatim agnoscas et ad comparationem duarum rerum adhibere possis, actuali licet applicatione non interveniente, qua res rei vel immediate vel mediante tertio tanquam mensura confertur. Fingamus duo templa vel aedificia exstructa haberi, ea lege, ut nihil in uno deprehendi queat, quod non et in alio observes: nempe materiam ubique eandem esse, marmor Parium candidum, si placet; parietum, columnarum, caeterorumque omnium easdem utrobique esse proportiones; angulos utrobique eosdem, seu ejusdem rationis ad rectum; itaque qui in haec bina templa ducetur clausis oculis, sed post ingressum apertis, et nunc in uno, nunc in altero versabitur, nullum indicium ex ipsis inveniet, unde alterum ab altero discernat. Et tamen magnitudine differre possunt, atque adeo discerni poterunt si simul spectentur, ex loco eodem; vel etiam (licet remota sint invicem) si tertium aliquod translatum nunc cum uno, nunc cum altero comparetur, veluti si mensura aliqua, qualis ulna aut pes aut aliud quiddam ad metiendum aptum, nunc uni nunc alteri accommodetur, nam tum demum discernendi ratio dabitur inaequalitate deprehensa. Idem est, si ipsum spectatoris corpus, aut membrum, quod utique cum ipso de loco in locum transit mensuraeque officium praestat, his templis applicetur; tunc enim magnitudo diversa, et per hanc discernendi modus apparebit. Sed si spectatorem non nisi ut mentem oculatam consideres, tanquam in puncto constitutam, nec ullas secum magnitudines aut re aut imaginatione afferentem, eaque sola in rebus considerantem, quae intellectu consequi licet, velut numeros, proportiones, angulos, discrimen nullum occurret. Similia igitur dicentur haec templa, quia non nisi hac coobservatione vel inter se, vel cum tertio, minime autem sigillatim et per se spectata discerni potuere.

Haec evidens et practica, et generalis similitudinis descriptio nobis ad demonstrationes Geometricas proderit, ut mox patebit. Nam duas figuras oblatas, similes dicemus, si aliquid in una singulatim spectata notari nequeat; quod in altera non aeque deprehendatur. Itaque eandem utrobique ingredientium rationem sive proportionem esse debere consequitur, alioqui per se sigillatim, seu nulla licet amborum coobservatione instituta, discrimen apparebit. At Geometrae cum generali similitudinis notione carerent, figuras similes ex aequalibus respondentibus angulis definierunt, quod speciale est, non ipsam naturam similitudinis in universum aperit. Itaque circuitu opus fuit, ut demonstrarentur, quae ex nostra notione primo intuitu patent. Sed ad exempla veniamus.

Ostenditur in *Elementis*, Triangula similia seu aequiangula latera habere proportionalia, et vicissim; sed hoc multis ambagibus Euclides quinto demum libro conficit, cum primo statim ostendere potuisset *Elemento*, si nostram notionem fuisset secutus. Demonstrabimus primum, triangula aequiangula esse similia.



[*Fig. 1*]

Esto triangulum ABC, et aliud rursus LMN, sintque anguli A, B, C ipsis L, M, N respective aequales; dico triangula esse similia. Utor autem hoc Axiomate novo: Quae ex determinantibus (seu datis sufficientibus) discerni non possunt, ea omnino discerni non posse, cum ex determinantibus caetera omnia oriantur. Jam data basi BC, datisque angulis B, et C (adeoque et angulo A) datum est triangulum ABC; itemque data basi MN, datisque angulis M, N, (adeoque et angulo L) datum est triangulum LMN. Sed ex his datis sufficientibus singulatim discerni triangula non possunt. Nam in uno quoque data sunt basis, et duo ad basin anguli; jam basis angulis conferri nequit; nihil aliud ergo superest quod in triangulo alterutro ex determinantibus sigillatim spectato examinari possit, quam ratio anguli cujusque dati ad rectum vel duos rectos, id est anguli ipsius magnitudo. Quae ipsa cum utrobique eadem reperiantur, necesse est triangula sigillatim discerni non posse, adeoque similia esse. Nam ut hoc in Scholii modum addam, etsi magnitudine triangula discerni possint, tamen magnitudo nisi per coobservationem vel triangulorum amborum simul, vel utriusque cum aliqua mensura, agnosci non potest, sed ita jam non tantum spectarentur singulatim, quod postulatur.

Vicissim manifestum est, Triangula similia etiam aequiangula esse, alioqui si esset angulus aliquis ut A, in triangulo ABC, cui nullus reperiretur aequalis angulus in triangulo LMN, utique daretur angulus in ABC, habens rationem ad duos rectos (seu ad omnium trianguli angulorum summam), quam non habet ullus in LMN, quod sufficit ad triangulum ABC, a triangulo LMN singulatim distinguendum. Constat etiam Triangula similia habere latera proportionalia. Nam si dentur duo aliqua latera, velut AB, BC, habentia rationem inter se, quam nulla trianguli LMN latera inter se habeant, jam poterit alterum triangulum ab altero singulatim discerni. Denique si latera proportionalia sint, triangula similia erunt. Quoniam enim datis lateribus data sunt triangula, sufficit (per axioma nostrum) ex laterum ratione discrimen haberi non posse, ut ex nullo in Triangulis his singulatim spectatis alio haberi posse judicemus. Ex his vero etiam patet, Triangula aequiangula habere latera proportionalia, et vicissim.

Eodem modo primo statim Mentis obtutu ex nostra similitudinis notione directe ostenditur, circulos esse ut quadrata diametrorum, quod Euclides demum decimo libro ostendit, et quidem per inscripta et circumscripta, rem reducendo ad absurdum, cum tamen nullis ambagibus esset opus.



[*Fig. 2*]

Diametro AB descriptus sit circulus, eique circumscriptum diametri quadratum CD: Eodemque modo diametro LM descriptus sit circulus eique circumscriptum diametri quadratum NO. Determinatio utrobique est similis, circulus circulo, quadratum quadrato, et accommodatio quadrati ad circulum, itaque (per Axioma supradictum) figurae $ABCD$, et $LMNO$ sunt similes. Ergo (per definitionem similitudinis) erit circulus AB ad quadratum CD, ut circulus LM ad quadratum NO, ergo etiam circulus AB ad circulum LM, est ut quadratum CD ad quadratum NO. Quod affirmabatur. Pari ratione s p h a e r a e ostendentur esse u t c u b i d i a m e t r o r u m . Et in universum in similibus, lineae, superficies, solida, homologa erunt respective ut longitudines, quadrata, cubi laterum homologorum. Quod hactenus generaliter assumtum magis quam demonstratum est.

Porro haec consideratio, quae tantam praebet facilitatem demonstrandi veritates alia ratione difficulter demonstrandas; etiam novum calculi genus nobis aperuit, a calculo Algebraico toto coelo diversum, notisque pariter, et usu notarum operationibusve novum. Itaque Analysin situs appellare placet, quod ea situm recta et immediate explicat; ita ut figurae etiam non delineatae per notas in animo depingantur, et quicquid ex figuris imaginatio intelligit empirica, id ex notis calculus certa demonstratione derivet, caeteraque etiam omnia consequatur, ad quae imaginandi vis pertingere non potest. Imaginationis ergo supplementum, et ut ita dicam perfectio in hoc, quem proposui, calculo situs continetur, neque tantum ad Geometriam, sed etiam ad Machinarum inventiones, ipsasque machinarum naturae descriptiones usum hactenus incognitum habebit.

13 (40881). CIRCA GEOMETRICA GENERALIA ET CALCULUM SITUS [Sommer 1683 – 1684 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 14 Bl. 1–8. 4 Bog. 4°. 12 $\frac{1}{2}$ S. halbbrüchig beschrieben. Bl. 7 v° u. Bl. 8 leer. — Gedr.: 1. Echeverría, *Calculos geometricos*, 1991, S. 55–66; 2. Mugnai, *Leibniz' Theory of Relations*, 1992, S. 139–147.

Datierungsgründe: Die Wasserzeichen der verwendeten Papiere sind von 1677–1684 belegt. Das gestrichene *dicto* im Verweis auf das *Symbolum Athanasii* am Ende des Textes könnte darauf hindeuten, dass das vorliegende Stück nach dem entsprechenden Verweis in den *Notationes generales* (VI, 4 N. 131 S. 552) entstanden ist. **[noch]**

Circa geometrica generalia et calculum situs seu picturam characteristicam
O b s e r v a t i o n e s m i s c e l l a e
constituendae analysi geometricae plane novae praeludentes

(1) Punctum eorum quae in extenso sunt simplicissimum est. Hinc:

((1)) Punctum puncto simile est, $a \sim b$.

(2) Punctum puncto aequale est $a = b$.

(3) Punctum puncto congruit $a \simeq b$. Haec usum habebunt ad aliorum quae per certa puncta determinantur similitudines, aequalitates aut congruentias demonstrandas. Adde infra § 60.

(4) Punctum puncto, in quo assumitur coincidit, seu si sit b in a erit $a \infty b$. Ad hos paragraphos 1. 2. 3. 4. adde § 60 infra.

((4)) Imo generaliter quicquid in puncto situm est cum ipso puncto coincidit. Si plura puncta aliquam communem proprietatem habeant, et ideo unum quodque ex ipsis communi nomine appelletur x, tunc locum omnibus communem et solis proprium appellabimus $\overline{x}$. Sive $\overline{x}$ significabit:

10–12 *(1)* Pictura characteristica seu de Repraesentatione figurarum per notas, observationes miscellae et Geometrica Generalia *(2)* Circa ... M i s c e l l a e *(a)* ad constituendam Analysin Geometricam, plane novam *(b)* constituendae ... praeludentes. *erg. L* 13 f. (1) Punctum ... Hinc: *erg. (1)* (1) *(2)* ((1)) *L* 16 f. a $\simeq$ b *(1)* Qvicqvid in puncto est puncto *(a)* congruet *(b)* coincidet seu si B sit in A erit A ∞ B *(2)* Haec ... demonstrandas *(a)* qvid punctum addit *(b)* adde *L* 19–21 ad hos ... coincidit *erg. L*

(5) Omne punctum x esse in $\overline{x}$, et

(6) omne punctum in $\overline{x}$ esse x.

(7) Si omne x est y, erit $\overline{x}$ in $\overline{y}$.

(8) Si $\overline{x}$ est in $\overline{y}$ omne x erit y.

(9) Si $\overline{x}$ sit in $\overline{y}$ et $\overline{y}$ sit in $\overline{x}$, tunc $\overline{x}$ et $\overline{y}$ coincident.

(10) Si $\overline{x}$ et $\overline{y}$ coincidunt, $\overline{x}$ erit in $\overline{y}$ et $\overline{y}$ erit in $\overline{x}$.

(11) Si A est in $\overline{x}$ et $\overline{x}$ in $\overline{y}$ erit A in $\overline{y}$. Hoc ita demonstratur. Si A est in $\overline{x}$ utique A est x (per artic. 6.) Jam cum $\overline{x}$ sit in $\overline{y}$ ex hypothesi omne x erit y (per 8). Ergo (per Logicam communem) etiam A erit y. Ergo (per 5) A erit in $\overline{y}$. Quod erat demonstrandum. Posset ita enuntiari haec propositio, continens continentis est continens contenti.



[*Fig. 1*]

(12) Si idem est situs punctorum a et b inter se, qui punctorum c et d, tunc corporis rigidi puncta l et m, quae possunt applicari ipsis a et b, poterunt etiam applicari ipsis c et d.

(13) Et contra, si hoc fieri potest, idem erit situs punctorum.

(14) Idem est situs puncti a ad b, qui puncti b ad a.

---

12 *Zu* (12): Add. §. 46

2 f. esse x *(1)* Si | omne *erg.* | x ∞ y erit $\overline{\mathrm{x}} \infty \overline{\mathrm{y}}$ hoc est unumqvodqve punctum alicuius extensi coincidat alicui puncto Si omne x est y et omne y est x erit $\overline{\mathrm{x}} \infty \overline{\mathrm{y}}$. et si $\overline{\mathrm{x}} \infty$ y, omne x est y, et omne y est x *(2)* (7) Si *L* 3 est y, *(1)* et unum qviddam y non est x, *(2)* erit *L* 8 est x *(1)* (seu punctum A est aliqvod ex punctis qvae vocantur x.) Iam omne x est y. (qvia $\overline{\mathrm{x}}$ est in $\overline{\mathrm{y}}$) ergo A est y. | (ex Logica communi) *erg.* | Ergo A est in $\overline{\mathrm{y}}$. *(2)* Iam *L* 10–12 contenti. *(1)* Si sumto qvocunqve x sumi potest aliqvod y respondens, *(2)* Si $\overline{\mathrm{x}}$ et $\overline{\mathrm{y}}$ sint similia, *(3)* Punctum spatii est immobile punctum corporis est mobile. Omne punctum corporis alicui puncto spatii coincidit congrua sunt *(a)* $\overline{\mathrm{x}}$ et $\overline{\mathrm{y}}$ *(b)* qvae non nisi respectu ad aliqvid aliud discerni possunt. A  B Transformatio est *(4)* | (12) *erg.* | Si *L* 12 c et d *(1)* tunc eadem puncta corporis rigidi et *(2)* tunc *L*

(15) Si corporis rigidi puncta l et m possunt applicari punctis a et b, et quidem l ipsi a, et m ipsi b, poterunt etiam vicissim applicari l ipsi b, et m ipsi a. Nam idem est situs puncti a ad punctum b, qui puncti b ad punctum a (per 14). Ergo (per 12) fieri potest quod dictum est.

(16) Si determinata sint puncta corporis rigidi, determinati, quae data puncta simul attingere possunt, determinatus erit punctorum datorum situs inter se. De determinato adde § 25. 65.

(17) $a.b$ significat situm punctorum a et b inter se. Et $a.b.c.$ significat situm trium punctorum a et b et c inter se.

(18) Si datur $a.b.c.$ datur $a.b.$

(19) Si datur $a.b.$ et $a.c.$ et $b.c.$, datur $a.b.c.$

(20) $a.b. \simeq c.d.$ significat eundem esse situm inter puncta a et b, qui inter puncta c et d, seu rigidum aliquod intelligi posse cujus extrema sint a et b, congruum rigido cujus extrema sint c et d. Seu puncta a et b posse congruere punctis c et d, salvo situ quem a et b habent inter se.

(21) Si $a.b \simeq l.m.$, et $a.c. \simeq l.n.$ et $b.c. \simeq m.n.$, erit $a.b.c. \sim l.m.n.$

(22) Si $a.b.c. \simeq l.m.n.$ erit $a.b \simeq l.m.$ et ita porro, bina binis respondentibus.

(23) Si $a.b.c. \simeq l.m.n.$ et $a.b.d. \simeq l.m.p.$ et $a.c.d. \simeq l.n.p.$ erit $a.b.c.d. \simeq l.m.n.p.$

(24) Si duorum Extensorum communem aliquam naturam habentium puncta, quae sufficientis sint numeri pro hac natura ad certum individuum determinanda, et illa puncta eundem inter se situm habeant, in uno, quem totidem in altero; duo illa extensa inter se congrua erunt. Sit communis natura $\odot$ et ponamus determinatis quatuor punctis in $\odot$, determinatum esse individuum ipsius $\odot$, seu non nisi unicum esse $\odot$ quod eadem quatuor puncta habent, et sint duo F, et G, ex quibus tam F sit $\odot$ quam G sit $\odot$ et sint assumta quatuor puncta in F ut a, b, c, d, itemque quatuor puncta in G, ut l, m, n, p

Videamus jam quomodo metiri possimus curvedinem in aliis curvis per curvedinem circulorum, idque exemplo declaremus. Exempli gratia sit parabola AC, quaeritur quae sit curvedo ejus in ipso vertice A, sit AB axis parabolae seu recta ad eam in vertice perpendicularis, constat quemlibet circulum cujus centrum sit in axe, circumferentia vero transit per verticem, ibi parabolam tangere sed alii quidem circuli quorum radii sunt majores cadunt extra parabolam, ut cirulus CAD centro B, et FAG centro E alii vero quarum radii minores cadunt intra parabolam, ut LAM centro H, quaeritur ergo centrum radii omnium intra curvam cadentium maximi, quod utique reperiri debet alicubi inter H et E. Id sit N, et centro N radio NA descriptus circulus PAQ, si vel minimum augeretur casurus esset extra curvam, cumque alii omnes majores minorem quam parabola, minores vero majorem habere curvedinem intelligantur, ipse habebit aequalem, curvedini parabolae, vel saltem ab ea inassignabiliter differentem, eodem modo quo angulus rectae ad curvam ab angulo rectae ad rectam tangentem differt quantitate quae minor est angulo quovis rectilineo assignabili, quae proinde habetur pro nulla. Ubi notandum est porro cum circulus quivis extra parabolam cadens, centrum in axe habens et per verticem ductus necessario curvam secet adhuc in duobus punctis, R et S et ita problema quo punctum occursus invenitur, quatuor habeat radices duas quidem aequales, in puncto contactus, et duas praeterea pro punctis R et S.

Patet in circulo PAQ intra curvam descriptibilium maximo, qui haberi potest pro omnium extra curvam pro parte cadentium minimo; intervallum AR vel AS fit infinite parvum, seu puncta R et S incidunt in punctum A. Quaeramus ergo punctum R quo circulus centro E radio EA descriptus parabolae occurrat extra verticem; perinde ac si radius EA esset datus; sed aequationem inventam accommodemus ad duas radices aequales, quia coincidere debent R et A, eoque ipso inveniemus pro minimo EA, radium NA desideratum.

Sit in axem perpendicularis RT, quam vocemus y, et AT, x et AE radius circuli quaesitus sit e, parabolae autem semilatus rectum sit a. Ex natura circuli erit yy aequ. $2xe - xx$. Ex natura parabolae $2ax$ aequ. yy. Ergo per methodum tangentium meam erit $y : e - x :: y : a$ seu $e - x$ aequ. a. Seu quia in nostro casu, ubi R incidit in A, etiam T incidit in A, seu AT sive x evanescit, erit e aequ. a id est AN erit semilatus rectum parabolae. Quod etiam sine calculo praevideri potuisset, ex nota parabolae proprietate, quod VR ex axe educta in V, parabolam secante ad angulos rectos in R sit TV semper dimidio lateri recti aequalis unde cum tam R quam T incidet in A, V incidit in N posito NA esse semilatus rectum.

Generaliter sectionis conicae curvedinem in vertice ita reperiemus: $2ax \mp \frac{a}{q}xx$ aequ. yy et yy aequ. $2xe - xx$. Prioris aequatio differentialis est $adx \mp \frac{a}{q}xdx$ aequ. ydy seu $dx : dy :: y : a \mp \frac{a}{q}x$. Posterioris aequatio differentialis: ydy aequ. $edx - xdx$ seu $dx : dy :: y : e - x$. Ergo fit $a \mp \frac{a}{q}x$ aequ. $e - x$. Est autem x aequ. 0 in nostro casu; ergo erit a aequ. e. Seu in omni Sectione Conica ea est curvedo ad verticem quae est circuli cujus diameter est latus rectum. Isque circulus est circulorum sectionem conicam in vertice a parte concava tangentium maximus.

---

1 *Am Rand:* Nota placuit circulos ejusdem curvedinis vocari osculantes et angulus duarum curvarum ejusdem flexionis seu curvedinis dicetur non tantum angulus contactus, sed angulus o s c u l i . NB. revera sunt quatuor radices aequales in puncto osculi, ponimus enim circulum tangere curvam, dum aequamus curvarum differentiales. Et quia aequationem unde resultantem rursus ad duas radices aequales determinamus, eo ipso facimus eum bis tangere curvam, puncta autem contactuum coincidere.

Unde habemus theorema memorabile, si duarum Sectionum conicarum (XAY et RAS) cujuscunque speciei una alteram intus tangat in vertice communi A ea intra alteram cadet, cujus latus rectum est minus; nec refert an sint ejusdem naturae et speciei an vero diversae et nulla omnino hic ratio habetur lateris transversi. Quod fiat cum latus rectum duarum Sectionum Conicarum aequale est, postea dicemus.



[*Fig. 6*]

In genere quomodo curvedo puncti dati inveniri possit exemplo docebimus. Sit parabola AC quaeritur curvedo puncti dati C. id est E centrum circuli omnium, qui parabolam intus in puncto C tangere possunt, maximi. Ponatur circulus ille curvam non tantum tangere in C, sed et secare in R quaeraturque punctum intersectionis R. Quod cum incidat in C, in casu nostro, ideo problemate determinato ad duas radices aequales habebitur punctum E. Sint perpendiculares ad axem AB, nempe RT, CB, EF, et AT vel AB vocemus x, TR, vel $BC, y.$, AF $z.$ EF $v.$, EC, e parabolae latus rectum sit $2a$. Si ergo circulus centro E descriptus parabolam tangit EC secabit axem in P, ita ut fiat BP aequ. a. ut constat.

Ob triangula similia PBC, PFE erit EF seu v ad PF seu $z - x - a$, ut BC seu y ad BP seu a. Et x est aequ. $\dfrac{yy}{2a}$ ex natura parabolae. Erit ergo va aequ. $zy - \dfrac{y^3}{2a} - ya$

quam aequationem determinando ad duas radices aequales erit z aequ. $\dfrac{3yy}{2a}+a$ seu z aequ. $\dfrac{3}{2}\,x+a$. Ergo PF aequatur dimidiae AB vel AT, si quidem T et B seu R et C coincidunt. Ergo erit $v:\dfrac{1}{2}\,x::y:a$ seu v aequ. $\dfrac{xy}{2a}$.

Et habetur constructio facilis, tantum enim in producta AP sumendo PF dimidiam ipsius AB et ex F educendo perpendicularem FE occurrentem ipsi CP in E, centro E radio EC descriptus circulus erit maximus tangentium in puncto C parabolae inscriptibilium, seu curvedinem ejus metietur. Quaeritur jam linea seu locus omnium centrorum curvedinis, seu punctorum E, nempe curva EE. Nempe pro $z-a$ sumatur r. erit x aequ. $\dfrac{2}{3}r$ et y aeq. $\dfrac{3av}{r}$ substituendo valores in aequatione ad parabolam $2ax$ aequ. yy ut tollantur x et y fiet $\dfrac{2}{3}ar$ aequ. $9\dfrac{aavv}{rr}$ seu $2r^3$ aequ. $27avv$. Et pro $\dfrac{27}{2}a$ sumendo b erit r^3 aequ. bvv quae est aequatio ad paraboloeidem cubico subquadraticam, seu ubi ordinatae EF sive v sunt inter se ut cuborum: ab abscissis NF (posito AN esse a) radices quadraticae, et latus rectum hujus paraboloidis erit $\dfrac{27}{2}a$.

1–3 z aequ. $\dfrac{3}{2}\,x+a$ … v aequ. $\dfrac{xy}{2a}$: Leibniz hat irrtümlich y^2 durch ax ersetzt statt durch $2ax$. Für z müsste sich $3x+a$ ergeben, PF ist gleich dem Doppelten von AB, also $v:2x::y:a$ und damit $v=\dfrac{2xy}{a}$. 7–13 Quaeritur … $\dfrac{27}{2}a$: Ausgehend von $z=x-a$, d. h. $r=3x$ u. $v=\dfrac{2xy}{a}$, erhält man aus $2ax=y^2$ die Gleichung $2a\dfrac{r}{3}=\dfrac{9a^2v^2}{4r^2}$ und somit $av^2=\dfrac{27}{8}r^3$ für die Orte der Mittelpunkte der Krümmungskreise.



[*Fig. 7*]

Facile etiam patet consideranti rectam CE perpendicularem ad curvam AC esse tangentem lineae centrorum EE. Cum enim supra dictum sit circulum centro $1E$ descriptum transire debere per tria curvae puncta inassignabiliter distantia $1C$. $2C$. $3C$. ideo tantum opus est ut ex rectarum $1C2C$; et $2C3C$. punctis mediis educantur perpendiculares, quae conccurrent in puncto $1E$, eodem modo invenietur punctum $2E$, et $3E$ et $4E$. Et ob distantias inassignabiles, erunt $1C2C$, et $2C3C$, et $3C4C$, etc. tangentes curvae CC. ad quae perpendiculares sunt $1M1E$, $2M2E$, $3M3E$, etc. et $1E2E$, $2E3E$, $3E4E$, tangentes curvae EE continuatae sunt ipsissimae $2M2E$, $3M3E$ etc. Ergo perpendiculares curvae CC sunt tangentes curvae EE. Et proinde linea centrorum curvedinis, est illa ipsa cujus evolutione describitur curva; ita si filum NAE rectum ab A ad N, inde flexum circa paraboloeidem rigidam supradictam EE, in eodem semper plano manens evolvatur, sive continue tensum moveatur ab ANE ad CE, curva a puncto A descripta erit parabola, et differentia rectarum CE et AN aequabitur arcui paraboloeidis cubico-subquadraticae NE.



[*Fig. 8*]

Caeterum circulus centro N in axe sumto radio AN dimidio latere recto descriptus quem ex praecedenti definitione pro mensura Curvedinis parabolae in vertice, sumsimus licet longo tractu parabola osculari videatur, longe majore scilicet, quam ullus alius circulus illic tangens revera tamen eam, non contingit nisi in uno puncto, neque enim ulla pars parabolae ulli arcui circulari congruere potest. Et quemadmodum directio curvae CA eadem censetur in A quae rectae tangentis TA. et curva CA aliam lineam DE secans eandem facere angulum censetur CAD quem recta tangens, nempe angulum TAD, neglecto angulo contactus TAC tanquam infinite parvo respectu anguli TAD. Ita curvedo seu flexio curvae CA in puncto A eadem censetur quae circuli HA centro N per A descripti intus tangentium maximi, et flexio curvae FA eadem quae circuli KA et angulus contactus duarum curvarum, nempe CAF, idem censebitur, qui duorum circulorum, nempe ang. HAK neglectis angulis contactuum, quos curvae faciunt cum circulis eandem flexinem habentibus tanquam infinite parvis. Nam angulus contactus CAH, curvae CA, cum suo circulo osculante HA, est infinite parvus respectu alterius anguli contactus ordinarii ut CAF vel CAK, quem curva cum alia linea ut FA vel KA facit quia est minor quovis angulo contactus circulari; si enim circuli HA radius AN utcunque parva accessione augeatur, circulus statim cadet extra curvam CA. Itaque angulus osculi, seu contactus CAH curvae cum circulo osculante sive eandem flexionem habente; est ad angulum contactus communem duorum circulorum ut HAK, quemadmodum angulus contactus rectae eandem cum curva directionem habentis seu tangentis, se habet ad angulum rectilineum. Et, si duae curvae sese osculentur, sive eandem in puncto contactus flexionem habeant, ut HA et CA, eundem habentes circulum maximum intus tangentem angulus osculi HAC etiam infinite parvus erit comparatione anguli contactus communis, ut CAF.

[*Fig. 9*]

Et quando hoc contingit, ut duae curvae sese osculentur, tunc lineae earum generatrices, quarum evolutione describuntur, sese tangunt ita ponamus curvas HA, et CA se osculari, seu eadem cum curvedine contingere in A, et CA generari evolutione curvae CPQ, HA evolutione curvae HPR et PA esse radium circuli centro P descripti, eandem cum duabus curvis curvedinem habentis, is utique erit perpendicularis ad curvas HA, et CA, et tangens ad curvas CPQ, HPR, ergo hae duae curvae sese etiam tangent. Quod si lineae CPQ et HPQ non sese tantum tangerent, sed et oscularentur, tunc lineae HA et CA sese plusquam oscularentur, seu quaerere punctum occursus A esset problema adhuc plures quam ante habens radices aequales. Et ita Anguli contactus varios habent gradus in infinitum, ita ut semper sequens sit inassignabilis respectu praecedentis, et proinde negligendus. Et pro puncto A (si osculum esset in P) posset quaeri Ellipsis (vel alia Conica aut etiam altior) secans curvam propositam pluribus punctis, quam in quibus circulus eam secare posset. Tandemque ponendo omnia puncta intersectionum coincidere, haberetur quasitae parabolae positio. Sed curvae illae altiores non habent uniformem flexionem ut Circulus; nec opus est, ut his nunc immoremur, sufficit enim aditum rei plane novae aperuisse. Utra autem curvarum sese osculantium cadat extra alteram invento contactu curvarum evolutione generantium et curvedinibus, quas habent, facile determinatur.

19 (41011). DE ANGULO CONTACTUS ET CURVEDINE ET DE NATURA QUANTITATIS
[1682 – 1684 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 19 Bl. 7–8. 1 Bog. 2°. 4 S.

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für die Jahre 1682–1684 belegt. **[noch]**

De Angulo Contactus et curvedine et de natura quantitatis

[*Fig. 1*]

Ut appareat quam parum perspecta sit ipsa natura quantitatis in universum controversiam (rem inter Geometras raram) ex ejus ignoratione profectam consideremus. De Angulis curvarum linearum disceptatum saepe est inter Geometras, occasionem praebente Euclide, qui dixit (recta AB circulum CDE tangente in puncto C) angulum contactus (BCE vel ACD) quem circulus facit cum recta tangente esse quovis rectilineo acuto minorem id est si ad idem punctum C rectae eidem AB occurrant circulus CDE rectam tangens, et alia recta CF fore angulum contactus ACD, minorem rectilineo ACF, quia recta necessario circulum secat in D et ita arcus CD cadit inter duas rectas. Idem Euclides notavit, angulum GCD quem recta GC per centrum circuli transiens facit cum arcu circuli CD, esse quovis angulo acuto GCF majorem. Quia scilicet recta CF cadit inter arcum DC, et rectam GC. Inde jam quaeri coeptum est an angulus contactus sit quantitas, et quomodo possit mensurari, aliaque multa quae in scriptis contrariis Jacobi Pelletarii et Christophori Clavii legi possunt.

Sed mirum non est haec illorum temporibus fuisse obscuriora, cum ne nunc quidem, ubi generales linearum proprietates magis innotuerunt, satis in clara luce posita sint. Cum vero res magni sit momenti ad ipsam curvedinis naturam intelligendam, operae pretium visum est eam rimari profundius.

Primum ergo definiam, non tam quid sit angulus, utrum scilicet sit inclinatio linearum, an quantitas puncti; quam quando duae lineae angulum facere dicantur, scilicet quando sibi occurrunt, nec tamen coincidunt. Et dicam angulum angulo majorem intelligi, exempli gratia angulum ACF, quem recta FC facit ad rectam AC angulo $AC[H]$ quem arcus HC facit ad rectam AC; quando sumtis punctis L in recta FC, et K in arcu HC utcunque seu indefinite propinquis puncto concursus C. semper reperitur portio KC cadere inter AC et LC. Jam cum quaeritur an angulus contactus quem curva facit cum recta tangente sit quantitas, prius explicandum est quid hic quantitas esse dicatur.

Et quidem si quantitas, illud esse dicitur, quod aliquo sensu dici potest esse alio minus, vel majus utique erit quantitas, secundum definitionem, quam attulimus, quam negare esset litigare de voce.

Sed ita punctum etiam erit quantitas respectu lineae, est enim utique in linea, et eodem jure quo angulum contactus diximus rectilineo minorem, poterit dici minus linea; unde etiam solet punctum dici in extensione minimum. Et, si omne quod alio minus est, quantitas est, etiam punctum quantitas erit. Potest etiam dici duo puncta esse aequalia inter se, congruunt enim. Verum cum alio sensu arctiore negetur punctum esse quantitatem, id unde fiat videamus, nimirum quia punctum caret partibus. Recte: An ergo angulus contactus habet partes? Videamus.

Duo circuli tangant rectam AB in C, unus minor CEH, alter major CMG. Videtur dici posse angulum contactus BCE componi ex duabus partibus, angulo contactus BCM (rectae cum circulo majore) et angulo contactus MCE (circulorum inter se). Largiamur haec sane, sed videamus etiam an non reperiatur strictior adhuc notio quantitatis, qua negata solet negari quantitas. Dico ergo ut dicatur aliqua res esse quantitas, seu habere quantitatem, non sufficere ut habeat partes eo quo diximus modo, sed etiam ut possit habere partem dimidiam, partem tertiam, etc. seu ut partes habeant rationem aliquam ad totum.

Quaero ergo quam rationem inter se habeant duo anguli contactus, circulorum cum recta, nempe *BCM* et *BCE*, et quonam ex principio possint mensurari? Quodsi nulla talis mensura possit reperiri, tunc dicemus etiam nec angulum contactus circuli cum recta (hoc quidem sensu) esse quantitatem. Ex quo apparet Andabatarum more hic pugnasse, qui ne notionem quidem quantitatis satis perspectam habebant.

Nimirum quaecunque ita quantitatem habere dicuntur, ut possint mensurari, ea debent esse homogenea inter se. Sed hic in novam incidimus difficultatem, nemo enim explicuit, quid sit duas quantitates homogeneas esse inter se. Dico ergo Homogenea esse, quae vel sunt similia, vel transformari possunt in similia. Ita linea recta et curva homogeneae sunt, et mensurabiles, ac comparabiles quoad mensuram, nam si curva extendatur in rectam, facta est rectae similis, et duae curvae in rectas extensae, similes inter se fiunt. Sed nunquam linea et superficies poterunt similes reddi; Nec angulus rectilineus transformari potest in angulum contactus.

[*Fig. 2*]

Hinc jam quod componitur ex partibus, quae non sunt homogeneae inter se, non dicitur quantitas exempli gratia extensum *GHDCEH* compositum area sphaerae *HDCE* et longitudine rectae *GH*, seu si pomum aliquod fingatur, cujus pediculus (μίσχος) *HG* sit linea, sive careat omni latitudine et crassitie; tale compositum ex stylo et pomo, non poterit dici quantitas. Tale plane compositum esset angulus *DHG* constans ex angulo recto PHG et angulo contactus DHP, qui si hi duo omnino inter se sunt heterogenei. At linea $GHEC$ est quantitas, nam partes rectae GH, et arcus HEC homogenea sunt.

Euclides aliam attulit notionem qua explicat an duae quantitates sint homogeneae, nimirum quando minus a majore auferendo quoties fieri potest, et residuum rursus a minore, et residuum secundum a primo, et tertium a secundo, et ita porro, tandem vel restat nihil; (quando scilicet duae quantitates habent mensuram communem) vel devenitur ad quantitatem data quavis minorem, quae proinde nihilo aequiparari potest. Quod perinde est ac si dixisset homogenea esse quae inter se rationem habent. Ita enim omnis ratio explicari potest, si ad congruentias revocetur. Sed simplicior est meus explicandi modus, ut enim congruentia est principium aequalitatis (aequalia enim sunt quae reddi possunt congrua) ita similitudo est principium homogeneitatis, seu comparabilitatis, ut comparabilia sint quae reddi possint similia. Similia autem esse inter se homogenea tam per se manifestum esse, quam congrua esse aequalia.



[*Fig. 3*]

Hinc patet jam angulos rectilineos posse haberi pro quantitatibus. Sunt enim semper similes, et cum generentur uniformiter ut arcus circulorum, hinc arcus inter se sunt ut anguli, et anguli ABE quantitatem metimur ratione arcus AE ad quadrantem AEC quae eadem est in magno aut parvo circulo.



[*Fig. 4*]

Addo et angulos contactuum circulares posse certo modo haberi pro quantitatibus. Sint circuli CDH, CLE, CMF, CNG, se tangentes in C et sint diametri CD. CE. CF. CG. Intelligi potest duos quosdam angulos contactus inaequales esse similes inter se; nempe sit CD ad CE ut CE ad CG erit angulus HCL similis angulo LCN, neque enim discerni possunt, nisi compraesentia.



[*Fig. 5*]

Et generaliter si circulus CHD et CLE se tangant, rursus PSQ et PTR et sint diametri CD, CE, inter se, ut diametri PQ, PR inter se erunt anguli HCL, et SPT similes. Et proinde crescentibus proportionaliter diametris etiam proportionaliter crescent anguli, sive si tres circuli circa CD. CE. CF descripti se tangant, et tres alii circa PQ.

PR. PV, sintque CD. CE. CF ipsis PQ. PR. PV proportionales, dictum est angulos HCL, HCM, LCM, respondentibus SPT, SPX, TPX esse similes, ergo erit HCL ad LCM ut SPT ad TPX.

Hinc si sint quatuor radii circulorum se tangentium continue proportionales CD, CE, CF, CG erunt tres anguli contactuum, circuli cujusque cum proximo, etiam continue proportionales, nempe HCL, LCM, MCN. et quinque assumtis radiis continue proportionalibus erunt quatuor anguli continue proportionales et ita porro. Possumus ergo radiorum incrementa assumere pro angulorum mensuris.

At inquies sunt tamen in hac aestimatione imperfectiones quaedam, nam nunquam ostendi potest unum angulum contactus duorum circulorum esse aequalem vel determinatae rationis, ad angulum contactus duorum aliorum circulorum prioribus inaequalium; nec unus angulus contactus, alteri dissimilis, ita transformari potest, ut fiat ei similis; neque ulla hic locum habet congruentia, sed solum similitudo inaequalium.

Huic imperfectioni occurremus deductione ad absurdum, eadem methodo qua utitur Archimedes in transformatione curvilineorum demonstranda; licet enim in angulis contactus nulla realis locum habeat transformatio locum tamen habet demonstratio, saltem ex hypothesi, quod detur angulo contactus circulari alius proximus aequalis.

17–159,1 alius | proximus *erg.* | aeqvalis *(1)* dissimilis. *(a)* Datur enim major *(b)* Hinc enim posito aliqvam in angulis istis concipi vel fingi posse aequalitatem seqvitur *(aa)* angulos *(aaa)* duos *(bbb)* duorum circulorum con *(ccc)* esse aeqvales *(ddd)* circuli cum proximo esse aeqvales si tres radii sint proportionales. *(aaaa)* Sit enim *(bbbb)* seu si circulorum CNG, CYZ, CAB radii CG, CZ, CB sint proportionales fore angulos NCY, YCA aeqvales *(bb)* duos angulos contactus *(aaa)* esse inter se *(aaaa)* ut radiorum *(aaaaa)* differentias et ideo si GZ, ZB sint aeqvales *(bbbbb)* differentias, *(aaaaaa)* seu si *(bbbbbb)* et ideo *(bbbb)* ut est GZ ad ZB ita *(aaaaa)* fore *(bbbbb)* fore inter se angulos proximos *(aaaaaa)* trium circu *(bbbbbb)* quos tres circuli faciunt primus ad secundum et secundus ad tertium sint proportionales fore *(bbb)* nempe angulos NCY YCA | fore *erg.* | aeqvales. Qvod sic demonstro, sit angulus WCH quantumlibet parvus, eique ex hypothesi possibile sit assumere alium aequalem continuum, HCL *(aaaa)* fiat ut radius CW ad radium CD, ita radius CD ad radium DE cumqve per supra demonstrata sit radius WCH ad radium *(bbbb)* ang. WCH ad ang. HCL, ut HCL ad LCM, *(aaaaa)* erunt ergo et hi aeqvales *(bbbbb)* erunt *(ccccc)* fiant jam radii innumeri continue proportionales, CW. CD. CE. CF etc. erunt erunt anguli *(aaaaaa)* aeqvales *(bbbbbb)* proportionales (per supra demonstrata) WCH, HCL, LCM, etc. Ergo *(aaaaaaa)* per *(bbbbbbb)* (ex hypothesi duorum primorum aeqvalium) aeqvales. Si jam sint CG, CZ, CB, proportionales tunc continuando progressionem CW. CD. CE. etc. | vel *erg.* | tot inscribentur inter GZ, quot inter Z et B. *(aaaaaaaa)* vel differentia ni *(bbbbbbbb)* nisi qvod unus vel duo *(cccccccc)* adeoqve *(aaaaaaaaa)* tam mult *(bbbbbbbbb)* angulus NCY, ex tot componetur angulis aeqvalibus, ex quot componitur angulus YCA, vel si paulo plures in uno qvam in altero, differentia non esse potest major angulo WCH semel aut bis sumto, ut consideranti patebit. Cumqve angulus WCH possit esse minor quovis dato, etiam differentia minor erit data, qvod est absurdum, nulla ergo inter arcus NCY et YCA differentia assignari potest, qvod erat demonstrandum *(2)* inde *L*

Inde enim theorema mirabile sequitur, quod si radii vel diametri sunt progressionis Geometricae, posito angulos contactuum esse progressionis Arithmeticae, et, si diametri sint ut numeri, angulos contactuum circularium fore ut logarithmos. Et cum recta haberi possit pro circulo diametri infinitae, erit angulus contactus rectae et circuli, ad angulum contactus duorum circulorum, ut logarithmus numeri infiniti (qui ipse infinitus est, certo tamen modo, nempe ut $1 + \frac{1}{1} + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5}$ etc.) ad logarithmum numeri finiti.

Quod autem diametri sint progressionis Geometricae, sint angulis existentibus progressionis arithmeticae, sic ostendo: sint anguli aequales tres WCH, HCL, LCM erunt quatuor radii CW, CD, CE, CF proportionis Geometricae continuae per demonstrata, continuetur progressio utcunque, ut sint radii CW, CD, CE, CF, CG, CZ, CB, etc. quotcunque, erunt etiam anguli WCH, HCL, LCM, MCN, NCY, YCA, etc. aequales. Cumque idem etiam verum sit utcunque exiguus assumtus sit angulus WCH, manifestum est omnes alios ex eo tanquam communi mensura conflatos intelligi posse, errore existente minore, quam ipse est angulus WCH, seu minore quovis dato. Si quis autem neget hypothesin, nempe angulo contactus dato, WCH apponi posse aequalem HCL. Erit ergo vel necessario major vel necessario minor; nam ob uniformitatem processionis, quia radiis proportione geometrica crescentibus, etiam anguli proportione geometrica procedunt necesse est, vel radiis crescentibus angulos semper crescere, et ita angulus HCL necessarie foret major angulo WCH; vel radiis crescentibus angulos semper decrescere, et ita HCL necessario foret minor quam WCH; vel denique posse esse aequales. Si angulus quivis WCH est major quam HCL, sequitur angulum WCH esse infinituplum radii. Nam indefiniti numero novi anguli contactus describi possunt inter WCH et HCL, quorum quilibet est major ipso WCH ex hypothesi, et aggregatum omnium aequatur ipsi HCL, ergo HCL majorem habebit ad WCH, rationem quavis data. Contra si WCH necessario major est quam HCL sequetur WCH infinituplum esse ipsius HCL. Utrumque est absurdum. Superest ergo ut possit angulo alius apponi aequalis, unde sequitur diametris crescentibus progressione Geometrica, angulos prioribus apponi aequales, seu totos angulos, (additis prioribus) crescere proportione Arithmetica.

Intelligi etiam hinc potest, etsi curvedines circulorum et anguli contactuum cognatam habeant naturam, tamen aliam esse rationem angulorum, quam curvedinum; sunt enim curvedines circulorum reciproce ut radii vel diametri, seu curvedo circuli CHD ad curvedinem circuli CLE est ut CE ad CD. Cum enim similis per omnia sit generatio duorum circulorum utique alia comparatio curvedinum esse non potest.



[*Fig. 6*]

Porro quoniam Circulorum curvedo ubique est uniformis, ea optime poterimus metiri curvedines aliarum linearum. Sit curva linea quaecunque ACB, quam in puncto C tangat recta DE, cui intra curvam ducta PC ad angulos rectos occurrat in puncto C. Manifestum est si puncto quocunque P tanquam centro in recta PC sumto, radio vero PC describatur circulus eum tangere curvam ACB in C. Unde circuli infiniti eandem curvam in eodem puncto tangere possunt, quaeritur ergo quisnam ex his eandem cum curva proposita curvedinem habere intelligi possit, seu ad mensurandam ejus curvedinem serviat. Quod ut inveniamus considerandum est, prout radius sumitur magnus circulum tangentem aut cadere intra curvam, ut FCG, aut extra curvam ut HCK et potest dici curvedo illius esse minor quam curvae, hujus vero major. Necesse est ergo dari unicum aliquem eorum, qui intra curvam describi possunt ultimum seu maximum, LCM cujus curvedo intelligi potest eadem quae curvae ipsius, quia si vel minimum augeatur, major fit. Itaque vel eadem erit, vel certe innassignabiliter (seu minore differentia quam quavis data) ab ea differet, quod pro eodem haberi potest. Cumque circulum quaerere qui curvam tangit, sit problema duas (minimum) habens radices aequales; ideo circulum tangentem quaerere maximum intra curvam erit problema tres habens radices aequales; si autem duae curvae sese tangant angulus contactus eorum idem intelligi potest cum quo angulos duorum circulorum eandem quam curvae, curvedinem habentium.

---

19 *Darunter:* Tantum

20 (41016). INITIA MATHEMATICA. DE QUANTITATE
[1680 – 1682 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 22 Bl. 1–4. Bl. 1+4 1 Bog. 2°, Bl. 2 u. 3 bildeten ursprünglich einen zusammenhängenden Teil eines Bog. 2°, aus dem Bl. 2 (ca 1 Bl. 2°) u. Bl. 3 (ca oberes Viertel eines Bl. 2°) unregelmäßig herausgeschnitten wurden. Ca 6 S. Bl. 3 v° leer. Textfolge Bl. 1 r°, 2 v°, 3 r°, 1 v°, 4 r°, Text auf Bl. 2 r° u. 4 v° verworfen. Partieller Textverlust durch Papierabbrüche am unteren Rand, ergänzt nach Druck bei Gerhardt (= S. 168 Z. 20–22 unseres Textes). — Gedr.: Gerhardt, *Math. Schr.* 7, 1863, S. 29–35.

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für die Jahre 1680–1682 belegt. **[noch]**

Initia Mathematica

De quantitate

Determinantia sunt quae simul non nisi uni soli competunt.

[*Fig. 1*]

Ut duo extrema A. B. non nisi uni competunt rectae.

Coincidentia sunt; quae plane eadem sunt, tantumque denominatione differunt, ut via ab A ad B. a via a B ad A.



[*Fig. 2*]

11 f. qvantitate | et Ratione *gestr.* | *(1)* Homogenea erunt *(2)* Congrua *(3)* Determinantia *L* 15–162,2 coincidentia sunt congrua *am Rand erg. u. gestr. L* 15 f. eadem sunt, *(1)* soloqve respectu *(2)* tantumqve denominatione *(a)* a respectu aliqvo *(b)* differunt *L*

C o n g r u a sunt, quae si diversa sunt, non nisi respectu ad externa discerni possunt, ut quadrata C et D. Nempe quod eodem tempore sunt in diverso loco vel situ; vel quod unum C est in materia aurea, alterum D in argentea. Ita congruunt libra auri et libra plumbi. Dies hodiernus et hesternus. Punctum quodlibet congruit cuilibet alteri; ut et instans instanti.



[*Fig. 3*]

A e q u a l i a sunt quae vel congruunt (exempli gratia triangula EFH. EFG. IKL. LMI. GNE item rectangula $EFGN$ et $IKLM$) vel per transformationem congrua reddi possunt. (Ut triangulum HEG rectangulo $IKLM$. quia parte ipsius HEG nempe EFH transposita in GNE, quod fieri potest quia congruunt, tunc HEG transformatum erit in $FGEN$ congruum ipsi $IKLM$. Itaque HEG et $IKLM$ aequalia dicentur.) Itaque definiri possunt A e q u a l i a , quae resolvi possunt in suas partes diversas singula singulis alterius congruentes.



[*Fig. 4*]

1–5 qvorum determinantia congruunt ipsa congruunt, et contra *am Rand erg. u. gestr. L*
4 plumbi. *(1)* Hora hodierna est *(2)* Dies *L* 7–11 Aeqvalia aeqvalibus eodem modo tractata exhibent aeqvalia. Non contra *am Rand erg. u. gestr. L* 8 item ... IKLM) *erg. L* 11–163,1 dicentur | *(1)* generalius *(2)* itaqve ... congruentes *erg.* | *(a)* Hom *(b)* |) *erg. Hrsg.* | S i m i l i a *L*

Similia sunt in quibus per se singulatim consideratis inveniri non potest quo discernantur ut duo sphaerae vel circuli (vel duo cubi aut duo quadrata perfecta) A. et B. Ut si solus oculus sine aliis membris fingatur nunc esse intra sphaeram A nunc intra sphaeram B. non poterit eas discernere; sed poterit si ambas simul spectet, vel si secum membra alia corporis aliamve mensuram introrsum afferat, quam nunc uni nunc alteri applicet. Itaque ad similia discernenda opus est vel compraesentia eorum inter se, vel tertii cum singulis successive. [At in dissimilibus aliqua partium proportio notata in uno, quae non notatur in altero sufficit ad discernendum sigillatim. De quo postea pluribus.]

Homogenea sunt, quae aut similia sunt aut similia transformatione reddi possunt.

[*Fig. 5*]

Duae rectae sunt homogeneae, quia similes; sed et recta et arcus circuli homogeneae res sunt, quia circulus in rectam extendi potest.



[*Fig. 6*]

1–6 similia similiter tractata (1) sunt (2) exhibent similia. qvae similiter determinantur similia sunt *am Rand erg. u. gestr. L* 1 singulatim *(1)* spectatis *(2)* consideratis *L* 2 discernantur, *(1)* ut si *(a)* qvis sit intra *(b)* modo *(c)* nunc intra sphaeram A nunc intra sphaeram B ducatur, ⟨sed⟩ non | ut *nicht gestr.* | duo *(2)* | ut duo sphaerae vel *erg.* | circuli (vel duo | cubi aut duo *erg.* | qvadrata *L* 3 sine … fingatur *erg. L* 6–8 itaqve … pluribus] *erg. L* 9 f. Aeqvalia sunt homogenea *am Rand erg. u. gestr. L* 12 f. homogeneae *(1)* sunt *(a)* linea *(b)* qvantitat *(c)* res *(2)* res *L* 13–164,1 potest. | *(1)* Genera *(2)* itaqve possumus etiam definire homogenea qvae conveniunt in re per se infinita cuius conceptus *erg. u. gestr.* | Si *L*

7 f. […]: Die eckigen Klammern stammen von Leibniz.

Si plura sint ut A vel B. et unum ut C. sintque in aliquo convenientia, et in his homogeneum insit ipsis A et B commune, omnia vero in ipsis homogenea, sint ipsi C communia; tunc illa plura dicentur partes integrantes unum illud dicetur totum.

Homogenea etiam definire possumus, quae in aliquo conveniunt, et in quo conveniunt alia quae in uno quoque eorum indefinite assumi possunt.

Minus est quod alterius (Majoris) parti aequale est. Quantitas est id quod rei competit, quatenus habet omnes suas partes, sive ob quod alteri (homogeneae cuicunque) aequalis major aut minor dici, sive comparari potest.

---

8 *Dazu, am unteren Rand:* [insere huc schedam adjectam aliunde abscissam sub signo ⊕

1 sintqve *(1)* A B C homogenea, et nihil homogeneum *(a)* ipsis sit *(aa)* in C *(bb)* in uno qvod non sit *(aaa)* vel in A vel in *(bbb)* in pluribus, plura autem ista nihil homogeneum ipsis commune habeant *(b)* tum plura inter se, tum cum uno Et rursus in uno qvoqve indefinitis modis *(2)* in aliqvo *L* 3–6 pars et totum homogenea sunt totum aeqvale omnibus partibus integrantibus, nam in totum transformantur conjunctione ergo coincidentia reddi possunt ergo congrua Homogenea qvorum unum altero nec maius nec minus est, ei aeqvalia sunt Maius majore est maius minore totum maius parte *am Rand erg. u. gestr. L* 6 aeqvale est *(1)* Numerus est homogeneum Unitatis.







fig. 1

[*Fig. 7*]

Q u a n t i t a s rei, ex. gr. fig. 1. areae *ABCD* exprimitur per numerum ex. gr. quaternarium posito aliam rem, ut pedem quadratum *AEFG* sumtum esse pro Mensura

---

2 *Dazu am Rand Einfügungszeichen:* ⊕



Ut si AB sit unitas seu unus pes, erunt AC. BD. AD. numeri integri scilicet duo pedes, tres pedes. At AE erit numerus dimidius $(\frac{1}{2})$. *(a)* | et *nicht gestr.* | *(b)* Et AF $\frac{3}{2}$ et AG $\frac{5}{2}$ | similiter si qvadratum ABMN sit unitas nempe unus pes qvadratus erit *(aa)* triangulum ADH *(bb)* qvadratum ADLH, 9. et triangulum AHD erit $\frac{9}{2}$ seu 4 et $\frac{1}{2}$ *erg.* | eruntqve hi numeri fracti. Sed si ducatur recta *(aaa)* HD. diagonalis qvadrati AHLD *(bbb)* BN diagonalis qvadrati ABMN ei utiqve etiam respondebit numerus posito AB esse unum pedem [transferantur huc qvae alibi jam de hac numeri definitione scripsi.] Q v a n t i t a s est numerus indefinitus rem exprimens, | qvi definietur *erg.* | posito aliam qvandam ei homogeneam sumtam esse pro unitate seu Mensura primaria [vide de hac definitione qvae etiam alibi notavimus] *(2)* Q v a n t i t a s *L* 2 f. numerum | ex. gr. qvaternarium *erg.* | posito *L*

---

2 fig. 1.: Fig. 7.

primaria seu Unitate reali. Est enim $ABCD$ quatuor pedum quadratorum. Si vero alia assumeretur unitas AHIK quae est quadratum semipedis AH, quantitas areae $ABCD$ esset 16. Itaque pro eadem quantitate diversus proveniet numerus prout assumitur unitas. Et proinde quantitas non est numerus definitus, sed materiale numeri seu numerus indefinitus, assumta certa mensura definiendus. Quantitates ergo exprimuntur vel numeris definitis, ut 1. 2. vel indefinitis seu literis aliisve characteribus. $a. b. \odot.$ ☽.

Numerus est homogeneum Unitatis. Adeoque comparari cum unitate eique addi adimique potest. Estque vel aggregatum unitatum qui dicitur *integer*, ut 2. (seu $1 + 1$.), item 3. 4. (seu $2 + 1$ sive $1 + 1 + 1$) vel aggregatum partium aliquotarum unitatis, qui dicitur *Fractus*, ut si unitas ex. gr. pes AB sit divisus in quatuor partes quartas, tunc res ut linea BH quae habet tres quartas pedis seu ter $\frac{1}{4}$ ita exprimetur $\frac{3}{4}$ isque fractus interdum reduci potest ad integrum, ut AB sive 2 est quater AH seu 4 dimidiae sive $\frac{4}{2}$; vel denique numerus est alio quodam modo per relationem ad unitatem determinatus; quae quidem relationes possunt esse infinitae sed maxime solennes sunt per radices. Nempe sit numerus 4 (pro quadrato $ABCD$ fig. 1.) quaeritur ejus radix quadrata (seu latus AB.) id est numerus qui per se multiplicatus facit 4. Is numerus erit 2. Itaque cum 2.2 sive aa sit 4. $\sqrt{4}$ ($\sqrt{aa}$) est 2 (a). Atque hoc casu radix reduci potest ad numerum communem seu *rationalem*. Sed interdum haec reductio non succedit. Ex. gr. quaeritur numerus qui per se ipsum multiplicatus faciat 2. Is neque est integer, (alioqui enim cum necessario sit minor quam 2 foret, unitas, at unitas per se multiplicata facit 1.) neque est fractus, quia omnis fractus per se ipsum multiplicatus producit alium fractum, ut

1 primaria *erg. L* 1 Est ... qvadratorum *erg. L* 6 f. a. b. $\odot$. ☽. *(1)* Hinc aeqvalia sunt *(2)* Numerus *L* 9 f. qvi dicitur *Fractus* *erg. L* 10 in *(1)* tres partes tertias, *(a)* tunc et res alicuius qvantitatis *(b)* tunc res, qvae foret duas tertias *(2)* qvatuor *L* 11 ut ... habet *erg. L* 11 f. isqve | fractus *erg.* | interdum ... integrum, *(1)* ut $\frac{6}{3}$ ($\frac{8}{4}$) idem est qvod a seu 2. qvoniam a.3 est 6 seu ab est e. *(2)* ut AB *(aa)* est 4 AH *(bb)* siue 2 ... siue $\frac{4}{2}$ *erg. L* 13 est *(1)* aliqvid homogeneum unitati alio qvodam modo determinatum *(2)* alio *L* 14 per *(1)* signa radicalia *(2)* radices *L* 15 numerus 4 *(1)* (ABCD) *(2)* | (pro ... fig. 1.) *erg.* | qvaeritur *L* 16 f. cum ... sit 4. *erg. L*

$\frac{3}{2}$ producit $\frac{9}{4}$ sive $2+\frac{1}{4}$. Itaque non est numerus nisi irrationalis ut vocant, sive potius ineffabilis, ἄλογος surdus, qui sic scribitur $\sqrt{2}$ vel $\sqrt{q}$, 2. vel $\sqrt[2]{2}$ id est radix quadratica de 2. Posito enim hunc numerum esse, y: tunc ejus quadratum yy sive y^2 erit 2.



[*Fig. 8*]

Et ut appareat hunc numerum esse in rerum natura, in fig. 2. ducatur AF diagonalis quadrati $AEFG$. Sit AG 1. nempe unus pes, cujus quadratum est 1 (nempe ipsum spatium $AEFG$ seu unus pes quadratus,) tunc ipsa AF quam vocabimus y erit $\sqrt{2}$. Nam ejus quadratum yy. $AFBM$ est 2, (nempe duplus pes quadratus). Est enim quadratum $AFBM$ duplum quadrati $AEFG$. Nam dimidium ejus triangulum AFB. toti

2 ἄλογος surdus, *erg. L* 5 in fig. 2 *erg. L* 9 qvadratum | AFLM *ändert Hrsg.* | duplum *L*

1 Itaque: Die Folgerung ist nicht ausreichend begründet, es müsste noch (wie im antiken Widerspruchsbeweis, vgl. ARISTOTELES, *Analytica priora*, 41a, 26–27, sowie EUKLEIDES, *Elementa*, X, 117) gezeigt werden, dass es keinen solchen Bruch gibt, dessen Quadrat auf die Zahl 2 reduziert werden kann.
5 fig. 2.: Fig. 8.

$AEFG$ aequale est. Cum ergo numerum definierimus homogeneum unitati, utique debet aliquis esse numerus cujus ea sit relatio ad unitatem, quae est rectae AF ad rectam AG, sive posito AG esse 1. debet esse numerus quo exprimatur quantitas ipsius AF qui dicetur esse $\sqrt{2}$. AB autem erit 2.

Itaque si sit S c a l a AB. fig. 2 divisa in partes aequales duas, quatuor, octo, sedecim etc. atque ita porro subdivisa quantum libuerit, huic scalae utique recta quaelibet ipsa scala minor applicari, adeoque numeris explicari potest, et quidem vel exacte vel propemodum E x a c t e quidem, quando scilicet incipiens ab initio scalae A, incidit in aliquod punctum divisionis L ut AL cujus proinde numerus in partibus scalae habetur ex. gr. AE existente 1. tunc AL erit $\dfrac{3}{4}$ et tunc recta AL est scalae commensurabilis; id est datur earum mensura communis seu recta AN $\left(\dfrac{1}{4}\right)$ quae repetita tam scalam AB quam rectam AL efficit seu m e t i t u r. P r o p e m o d u m vero numeris recta scalae applicata explicari potest, quando non incidit in punctum divisionis, quantum vis scala subdividatur et quocunque modo instituatur divisio. Et talis recta ut AF est cum scala incommensurabilis, adeoque numeris rationalibus sine effabilibus explicari nequit, nisi propemodum. Quoniam tamen necesse est, ut AF scalae applicata seu translata in AP. incidat saltem inter duo divisionis puncta uti certe incidit inter 11 et 12, posito scalam AB in sedecim partes aequales esse divisam, quarum quaelibet est pars octava unitatis vel pedis AE. Hinc si AG vel AE latus quadrati sit pes, tunc diagonalis AF vel AP incidet inter $\dfrac{12}{8}$ (sive $\dfrac{3}{2}$) et $\dfrac{11}{8}$ pedis, adeoque si ⟨ipsi AF sive $\sqrt{2}$ vel y attribuas $\dfrac{3}{2}$, nimium, si $\dfrac{11}{8}$, parum tribues (nam quadratum a $\dfrac{3}{2}$ est $\dfrac{9}{4}$ id est plus quam $\dfrac{8}{4}$ seu 2 seu yy, et quadratum ab $\dfrac{11}{8}$ est $\dfrac{121}{64}$ quod est minus quam $\dfrac{128}{64}$ seu 2), error tamen semper⟩ minor una parte minima, in quam hoc loco unitas in scala divisa est, id est minor quam $\dfrac{1}{8}$. Et

4 esse $\sqrt{2}$. *(1)* Eodem modo AL autem erit 2. Prodeunt Quantitates (ut et numeri) vel ex simplicioribus compositae per Genesin vel contra ex compositis simpliciores per analysin. *(2)* AB autem *L*
5 fig. 2 *erg. L* 7 f. vel propemodum E x a c t e qvidem *erg. L* 14 et ... divisio *erg. L* 16 ut *(1)* cadat scalae applicata |tum *erg.*| *(2)* AF scalae applicata *(a)* tum, A manente F incidat inter duo puncta divisionis *(b)* seu *L* 19 diagonalis *erg. L* 23 unitas in *erg. L*

$\frac{1}{8}$ sive AQ erit propemodum mensura communis unitatis sive etiam scalae, et ipsius AF. Et quanto magis subdivisa erit scala eo minor erit error adeoque erit tam parvus quam quis velit, sive minor reddi potest quovis errore assignabili. Itaque AF et AG etsi sint incommensurabiles, sunt tamen homogeneae, seu comparabiles, et inveniri potest mensura communis tam prope exacta ut error seu residuum sit minus data quantitate. Atque hoc est fundamentum appropinquationum, et computandarum Tabularum, itemque Logisticae binariae vel sexagenariae vel etiam decimalis, si quidem scala in decem partes dividatur, et harum quaelibet in alias decem subdividatur, idque quantumlibet continuetur. Etsi enim scalae instrumentis satis subdividi non semper possint, mente tamen sive calculo ad summam exactitudinem, quae quidem in praxi optari possit, procedi potest. Quod quomodo fiat infra apparebit.

[*Verworfener Abschnitt*]

Ratio est homogeneum aequalitatis, adeoque si aequalitas spectetur ut unitas, quia tunc consequens in antecedente non nisi semel continetur, ratio erit numerus qui oritur ex divisione antecedentis per consequens, vel numerus quo exprimeretur antecedens, si consequens esset mensura primaria per quam caetera exprimi deberent sive Unitas. Etsi fortasse alia nunc unitas seu mensura primaria assumta sit. Ita ratio trium pedum ad pedem est tripla rationis quam habet pes unus ad seipsum, seu tripla unitatis; id est ternarius. Nam et si pes sit 1. tres pedes erunt 3. Unitas autem est ratio rei ad seipsam vel ad aequalem, cum una quantitais in altera non nisi semel contineatur. Sed Ratio unius pedis ad tres, id est ad unum tripodem (sumtis tribus pedibus pro unitate) est subtripla, seu tertia pars rationis quam habet tripus ad seipsum, seu tetia pars unitatis. Nam et si tripus esset 1. pes foret $\frac{1}{3}$ scilicet unitatis nempe tripodis. Ratio pedis ad dipodem est subdupla seu dimidia rationis quam habet dipus ad seipsum, id est unitatis. Ergo est

3 reddi potest *erg. L* 4 homogeneae, *(1)* id est *(2)* | seu comparabiles, et *erg.* | inveniri *L*
13 *(1)* Ratio Rei *(a)* ad aliam *(b)* (Antecedentis) ad aliam Homogeneam (conseqventem) est numerus qvo exprimeretur antecedens; posito conseqvens esse unitatem. | Etsi fortasse alia nunc unitas assumta sit *erg.* | [*(2)* Ratio *(3)* Ratio *L* 14 qvia ... continetur, *erg. L* 17 seu mensura primaria *erg. L* 19 f. Nam ... cum *(1)* una contineri in altera non nisi semel *(2)* una ... contineatur *erg. L*
22 f. Nam ... tripodis *erg. L*

$\frac{1}{2}$. Nam et si dipus esset 1. pes foret $\frac{1}{2}$ scilicet unitatis nempe dipodis. Et ratio trium pedum ad dipodem seu 3 ad 2 est ter ratio unius pedis ad dipodem seu tripla subdupla, sive tres dimidiae sive $\frac{3}{2}$. Adeoque si dipus esset 1. tunc tres pedes forent tres dimidiae seu $\frac{3}{2}$ unius dipodis.

Proportionalia sunt quorum eadem est ratio.



[*Fig. 8a*]

Ut numeri 3 ad 2 eadem est quae numeri 6 ad 4. Est enim rectae AC ad rectam BC eadem semper ratio, adeoque et numerorum quibus AC et BC exprimuntur eadem erit ratio licet diversa assumta sit unitas.

[*Fortsetzung des gültigen Textes*]

Dimensiones sunt quantitates diversae (interdum heterogeneae[)], quae in se invicem duci intelliguntur, ita scilicet ut una tota applicetur cuilibet parti alterius.

1 Nam ... dipodis *erg. L* 3–5 sive $\frac{3}{2}$. | adeoqve ... dipodis *erg.* | *(1)* Unde patet rationem esse | qvantitatem seu *erg.* | numerum seu antecedentem divisum per conseqventem.] Qvae omnia constant, modo ponamus rationem qvantitatis ad seipsam, seu rationem aeqvalium esse unitatem, qvia idem in seipso continetur semel, et eodem posito *(2)* Proportionalia *L* 12 duci *(1)*, *(a)* id est ita sibi applicari *(b)* id *(2)* intelliguntur *L* 13–171,2 alterius. *(1)* ita ex ductu latitudinis AB in longitudinem BC fit area (servato eodem semper angulo *(2)* Exempli *L*



[*Fig. 9*]

Exempli causa ex ductu latitudinis AB duorum pollicum in longitudinem BC trium pollicum linearium (ita ut anguli A. B. C. e. f semper congruant seu iidem sint, qui dicuntur recti, qui est simplicissimus lineam rectam in rectam ducendi modus) fit rectangulum ABC. quod est duarum dimensionum, et sex pollicum sed quadratorum.



[*Fig. 10*]

Ex ductu longitudinis CB, 2. latitudinis BA, 3 altitudinis AD, 4 in se invicem fit rectangulum solidum $CBAD$ quod est trium dimensionum, seu viginti quatuor pollicum cubicorum ($2 \frown$ in $3 \frown$ in 4). Cuilibet enim ex baseos ABC sex quadratillis seu pollicibus

5 qvod ... sex *(1)* pedum *(2)* pollicum sed qvadratorum *erg.* *L* 7 in se invicem *erg.* *L* 8 qvatuor *(1)* pedum *(2)* pollicum *L* 9–172,1 seu *(1)* pedibus *(2)* pollicibus qvadratis, *(a)* insistunt qvatuor cubuli *(b)* (ut *L*

quadratis, (ut quadratillo AEF) insistunt quatuor cubuli seu unitates cubicae sive pollices cubici (nempe columna seu prisma $FEAD$ ex quatuor pollicibus cubicis sibi impositis constans[)].

